oĩbus bonis uiris optaui correctionẽ eccl̃iæ, ſi ſine
graui rerꝝ tumultu fieri poſſet. Nec te pudet toties
mihi obijcere optatã Scepticorꝝ licẽtiã, quaſi q̃d
ꝑ ſe falſum eſt repetẽdo & aſſeuerando fiat uerum.
In literis ſacris, quoties ſenſus dilucidus eſt, nihil ſce
pticum eſſe uolo, ſimiliter, nec in decretis eccleſiæ
catholicæ. Cæterꝝ in alijs de quibus aſſertores ma-
gna contẽtione digladiant̃, dico me facile diſceſſu
rum in ſñiam Scepticorꝝ, hoc eſt, diu conſideraturꝝ
nec temere ꝓnunciaturꝝ. Non eſt igit̃ Scepticus q̲
non curat ſcire, q̲d uerum q̲d falſum, quum a con-
ſiderando nomen habeant, ſed q̲ non facile definit,
necꝫ ſua opinione digladiat̃, uerꝝ quod alius ſequi
tur, ut certum, ille ſequitur ut probabile. Tales Sce
pticos uideas fuiſſe ueteres Orthodoxos frequẽter
in enarrandis ſacris lr̃is, inquirentes ac ſuſpendẽtes
interim ſñiam, iudiciũ alijs deferẽtes. Et in plerisqꝫ
definiendis eccl̃ia Sceptica fuit, multis ſeculis ſuſpẽ
dens. Quis autem tam ꝑuerſæ mentis eſt, ut malit
nihil certi ſcire q̃ omnium rerũ habere certam ſciẽ
tiam? Verum in tanta rerum caligine, modeſtius ſi
mul & quietius eſt Scepticum agere, q̃ contentio-
ſum aſſertorẽ. Quid erit tandẽ quod tu non depra
ues ad calumniam? Quam uero amanter interpre
taris quod ſcripſeram, ſiue aſſequor, ſiue non aſſe-
quor, id eſt, non curas, an aſſequaris nec ne. Et ad-
dis grauiter, Chr̃ianus uero anathema ſit, ſi nõ cer-
tus ſit & aſſeqtur, q̃d ei ꝓ̃ſcribit̃, quõ eñ credet q̃d
nõ aſſeqtur? Ita ne uir egregie aſſeq̲ eſt certũ ſcire?
An potius rẽ intellectu difficilẽ, ingenij uiribus, &

naturalibus argumẽtis ꝑcipere? Neq; te fugiebat, qđ ſentirẽ, nõ uſq; adeo rudis es Latini ſermonis, ſed huc te rapuit calumniandi libido. Et ſi parū ſci res Latine, ipſe ſermonis cõtextus indicat qđ ſentiã. Quid em̃ aliud eſt ſubmittere ſenſum humanũ ec- cleſiæ iudicio, niſi credere quod præſcribit eccl'ia? Ego nõ aſſequor quõ differat pater a filio, quõ ꝓ- cedat ſpũs ſanctus ab utroq;, quũ neutrius ſit filius & tñ hoc apud me certius eſt, q̃ qđ digitis cõtrecto. Et uide q̃ inique calumniaris oĩa. Eandẽ ſñiam quã in mea Diatriba calũniaris multisq; conuicijs exa gitas, ipſe ponis in tua formula, qua meã ſcilicet cor rigis Vbicũq; inq̃s ꝑ iſirmitatẽ liceret &c̃. Q, tu uo cas infirmitatem carnis, ego dico non aſſequi. Ne- q; em̃ ueritas ẽ in cã, quo min⁹ aſſequamur, ſed iſir mitas ingenij, q̃le me ꝓfiteor habere. Hic αὖθις mihi quadruplicem litem moues. Primũ quod ſcripſe- ram in ſacris literis eſſe aliquid obſcurum, deinde quod tibi ius adimam reſcindendi, quæ ſunt a pri- ſcis decreta, deniq; quod nolim omnia apud quos- uis euulgari, ut ad mediũ primo loco reſpondeam ius iſtud adimat tibi qui dedit, ſurgente poſterio re propheta iubetur prior tacere, quid tum poſtea Ergo ne fas cuiuis reſcindere ueterũ ſentẽtias pub lico eccleſiæ iudicio comprobatas? Deniq; quur tu ſic commoueris in prophetas qui ſurgunt poſt te? Quur illis iuxta Pauli pręceptum non das locum? Deinde quod dicis de luce ſcripturarum, utinam eſſet ueriſſimũ. Sed longe aliter ſentiunt qui in hac explananda multis retro ſeculis deſudarunt. De hoc poſterius incidet ut loquamur. Atq; hunc cam

pum

pum ingrediens, ſtatim uteris arte tua, dicēs quod ego Chriſtiana dogmata ſic diſtinguam, ut quædā ſint neceſſaria cognitu, quædam minus. Obſecro quis unquam dixit Chriſtiana dogmata non eſſe cognitu neceſſaria? De quæſtionum generibus loquor, non de Chriſtianis dogmatibus. Deinde nō illic ago de profeſſoribus theologiæ, ſed de uulgo. Nam hodie & coriarij in compotationibus diſputāt de libero arbitrio. Iam quod ipſe fateris inſignis tantum obſcuritatem eſſe, non in rebus, haud magni refert ad excludendam obſcuritatē, utrum fatearis res non intelligi, propter ignoratas uoces, an rerꝫ caliginē eſſe in cā ut uoces nō intelligant. Qđ ſi ſola grāmatices peritia, ſubmouet oēm obſcuritatem a ſacris literis, qui factum eſt ut diuus Hieronymus, linguis oībus inſtructus, ſic paſſim hęreat, ſudet in explanandis prophetis? ne quid alios commemorē in quibus eſt & Auguſtinus cui nōnihil tribuis. Quur tu ipſe qui linguarꝫ inſcitiam non potes prætexere, nonnunq̄ hæres in explicandis pſalmis, teſtificās ſomniū animi tui ſequi, nō dānatis aliorꝫ opiniōibus. Atq ſi ueritas in ꝓpatulo ē, oportebat eorꝫ opiniōes q̄ a uero aberraſſent reijcere. Hoc eū certe decebat, q̄ ſic odit Scepticos, profeſſus aſſertorē. Deniqꝫ quur inter tuos fratres adeo male cōuenit? Eandē ſcripturam habent oēs, eundē ſpiritum ſibi uidicant oēs. Et tamē Carolſtadius abs te fortiter diſſenſit. Diſſentit & Zuinglius & Occolāpadius & Capito, q̄ Carolſtadij ſnīam ꝓbāt, ꝓbationes non probant. Rurſus inter Zuinglium & Balthazarum, quantis de rebus, quantum eſt diſſidium?

Ne commemorẽ imagines ab aliȷ̃s eiectas, ꝑ te de-
fenſas, ut taceam de nouo baptiſmo, ab aliȷ̃s prædi
cato, ut ſileam humanas diſciplinas, ab aliȷ̃s repro-
batas, abs te defenſas. Quũ tractetis oẽs, rẽ ſcriptu
ræ, ſi ea nihil habet obſcuritatis, quur inter uos tã
male cõuenit? Nec eſt quod hic miſeros ſophiſtas
exagites, docet hoc Auguſtinus, obſcuritatẽ alias ꝓ
ficiſci ex ignoratiõe ſeu ambiguitate uocum, alias
ex ipſa natura rei, nõnunq̃ ex tropis & allegoriȷ̃s,
interdũ ex locis inter ſe pugnantibus, quod ad ſer-
monis ſpẽm attinet. Et cauſam adfert, quare Deus
hanc obſcuritatẽ in ſacris uolumibus reſidere uolu
erit. In loco de peccato in ſpm̃ ſanctũ nunq̃ remittẽ
do, negas qcq̃ eẽ obſcuritatis. At Auguſtinus fatet̃
ſe ſemꝑ uitaſſe huius difficillimæ quæſtõis moleſti
am, & tamẽ quum tractet eam accurate, non ſibi ſi
dit, ſed ſuſpẽdit ſñiam. Breuiter an ſibi ſatisfecerit
neſcio, mihi non ſatisfecit. Verba ſunt, ut ais, clariſ-
ſima, peccatum irremiſſibile, ſed doce, quæ ſit illa
blaſphęmia in patrẽ aut filium, cui promittitur re-
miſſio, quæ in ſpm̃ ſanctũ, cui negat̃. An contume-
lia patris & filiȷ̃ non ꝑtinet ad ſpm̃ ſanctũ? Deinde
quod eſt illud ſeculũ futurꝫ, in quo uident̃ condo-
nari quædam peccata. Vide quãta ſit in clariſſimis
uerbis obſcuritas. Quæ nõ torquet Auguſtinus, ut
ex his anguſtiȷ̃s ſemet explicet, & tñ non explicat,
nec mea nec ſua ipſius ſñia. Porro qđ me cũ oĩbus
ſophiſtis ꝓuocas, ut uł unũ locũ obſcurꝫ aut abſtru
ſum ꝓferamus e diuinis uolumibus, quẽ tu nõ ſtati
oñdas eẽ dilucidũ, utinã p̃ſtare poſſes qđ pollice-
ris, deferemus ad te difficultatũ examina, tibiq; cõ
dona-

donabimus, ſi nos appelles talpis cœciores, modo
luculẽter explices in q̃bus hæremus. Quod ſi nobis
hanc legẽ præſcribas, ut q̃cq̃d tu fueris interp̃tatus
id credamus ſentire ſcripturam, nõ patiẽtur tui ſo-
dales, q̃ tibi fortiter reclamant aſſeuerãtes te de Eu-
chariſtia p̃peram interp̃tari ſcripturas. Quare non
æquum ẽ, nos tibi plus autoritatis tribuere, q̃ tribu
unt tuæ ꝓfeſſiõis ſodales præcipui. Iam quum hic
agamus de difficultate quæſtionũ, quæ ex myſticis
lr̃is naſcunt̃, ueluti quum quærimus, q̃d ſit illud,
q̃d diſtinguit in ſacra triade pſonã a pſona, res an re
latio, & an ſpũs ſanctus quum procedat ab utroq;
ab uno principio procedat, an a duobus, aliaq; ĩnu
mera. Itẽ quũ legamus ĩpijs poſt hãc uitã denũciari
ignẽ gehẽnæ, quæſitũ an ĩpiorꝝ aĩæ ſtatim ut auul
ſæ ſunt a corpore, dedant̃ ſupplicijs, an ſeruẽtur lui
turæ pœnas in die ſup̃mo. Rurſus an ignis ille ſit
materialis, & ſi eſt, quomodo res corporea agat in
aĩam ĩcorporeã. Tu q̃ ſolus nunq̃ deflectis a re ꝓpo
ſita, mire huc confers ſcripturas & ratões, de lapide
reuoluto a monumento, de Euangelio prædicato
omi creaturæ, quaſi tales difficultates prædicarint
apl̃i. Q̃d ſi nomẽ Euãgelij Chr̃iq; quæſtiões eiuſmo
di uniuerſas cõplectit̃, unde factũ eſt, ut poſt p̃dica-
tum Euãgeliũ tanta cæcitas reſederit in eccl̃ia dei,
ut poſt apl̃os nullus extiterit, p̃ter Iohannẽ Hus &
Vuycleuũ, q̃ nõ paſſim hęreat in ſacris lr̃is. Niſi for
te ſentis nihil ultra quærendũ, q̃ ſacris lr̃is exp̃ſſum
eſt. At hoc nec te nec tuos ſentire uerisile eſt. Nã tu
hactenus cũ eccl̃ia faciẽs ꝓnũcias, in ſynaxi uerꝝ eẽ
corpus & ſanguinẽ, id eſt, ſubſtãtialiter. At q̃ ſub-

 ſtantię

ſtantiæ uox nō eſt in ſacris literis. Rurſus tui fortiſſi
me contēdunt, nō eſſe illic corpus & ſanguinē niſi
in ſigno efficaci. Ne hoc quidē exprimūt ſacræ lite
ræ. Oībus inquis notū eſt filium dei factum homi-
nem, eſſe deum trinum & unum, Chr̄m pro nobis
paſſum & regnaturꝝ in æternū, poteras eadē opa
e ſymbolo ꝓferre duodecim articulos. Iſta fateor,
& laicis decātāda. Sed q̄d hoc ad difficultates quæ
ſtionū q̃ ex his articl̄is oriūtur? Nam nos de his loq̄
bamur, nō diſputādis apud ꝓmiſcuā plebē. Proin-
de uides opinor q̃ illa ſint aproſdionyſa quæ citas,
prædicate Euāgelium om̄i creaturæ, & in oēm ter
ram exiuit ſonus eoꝝ, & quæcunq; ſcripta ſunt ad
noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Et oīs ſcriptura di
uinitus inſpirata, utilis eſt ad docēdum &c̄. Iſta qs
unq̃ negauit? Hæc ſcilicet faciebāt ad Rombum, ut
tuis abutar facetijs. Porro q̄d reiicis meum Corici
um ſpecū q declarat aliquo uſq; ſcrutādas l̄ras ſa-
cras, cæteꝝ altius q̃ ſat eſt ingredi nefas eē, ne ſcru
tator maieſtatis opprimat a gloria, ſed abſtruſiſſi-
ma quæq; myſteria oībus in promptu atq; propa-
tulo eſſe, ſatis tu q̄dem fortiter aſſeris, ſed ipo mū-
do req; ipa reclamāte, poſtremo tuis ipſius ſcriptis,
ac tuoꝝ diſſidio refellēte q̄d aſſeris. Non admodū
excutiā hic diſtinctionē tuam qua diſcernis deum
a ſcriptura, quēadmodū cretorē a creatura, quā ꝓ
poſiturus, neſcio quamobrē profitearis te uelle rhe
toricari aut dialecticari, aptius erat ſi dixiſſes ſophi
ſticari. Nā illi diſtinctiōibus ſolēt elabi, q̄d tu nihilo
rarius neq; uerecundius facis q̃ illi, quoties tibi cō
modū eſt. Scriptura nobis deū depingit, ac de diui

næ naturæ myſterijs loquit̃. Proinde ſermo de re,
ut eſt incomp̄henſibili, & ip̄e aliqua ex parte incom
p̄henſibil' ſit oportet. Nec refero pronomē eius ad
ſcripturā ut tu diuinas, ſed ad deū. Inepte igit̃, in⸗
quis, accōmodas ad ſcripturā, quum illic loquatur
de deo, quēad modū & Eſaias, ueꝝ inter ſeſe reſpō
dent imago & res expreſſa. Et Paulus anteq̄ ad hæc
uerba ueniret, tractauerat ex ſacris lr̄is difficillimā
quæſtionē de Iacob dilecto, & Eſau odio habito, de
figulo & luto fictili. Quare nō tam inepte mihi tra
ctata ſunt hæc loca, q̄ tu uideri uis, ſed quæ addu⸗
cis teſtimonia, nihil faciūt ad ſenſum meum, qui tñ
nō uider̃ fugiſſe te, quum hunc in modū ſcribis.

17 Si loqueris de ſophiſtaꝝ quęſtionibus circa
has res agitatis, quid tibi fecit innocentiſſima ſcri⸗
ptura & cætera.

Sciebas igitur me non de ſcriptura, ſed de quæſtiōi
bus hinc exiſtentibus loqui.

Proinde quorſum attinebat tot uerba incaſſum
fundere?

Quanq̄ non oēs quæſtiones ſophiſticæ ſunt, ſunt &
utiles & neceſſariæ modo ſobriæ ſint, & quoad fas
eſt progrediantur, & tamen in his ſunt quædā quæ
nec a quibuſlibet tractanda ſunt, nec apud quoſ⸗
libet. Rurſus illa diſtinctio de obſcuritate interna
& externa, ad nihil conducit, niſi ut elabaris, noſq;
tua loquētia delaſſes. Nec in hoc dico in ſcripturis
eſſe difficultatē aliq̄t locis, ut homines ab eius lecti
one deterreā. ſed ut exhorter potius ad acre ſtudi⸗
um, & a decernēdi temeritate dehorter paꝝ exerci
tatos. Veꝝ hæc alias fortaſſis incident.

Veniā ad formulā Chrīanæ mentis, quā tu pnuncias pluſq̄ ethnicā & Iudaicā, quā tn̄ ut dictū eſt, pſcripſim⁹ nō tui ſilibus, ſed idiotis, q nihil aliud ſunt q̄ Chrīani. Sed pſtat ipſam formā hic referre, q̊ magis pſpicuū ſit lectori qđ agimus. Ego meo (inq̄) iudicio, qđ ad liberꝝ arbitriū attinet, q̄ didicimus e ſacris lrīs, ſi in uia pietatis ſumus, ut alacriter pficiamus ad meliora relictorꝝ obliti, ſi peccatis inuoluti, ut totis uiribus enitamur, adeamus remediū pœnitētię, ac dn̄i miſericordiā modis oībus ambiam⁹ ſine qua nec uolūtas humana eſt efficax, nec conatus, & ſi qd mali eſt, nobis imputemus, ſi qd boni totū aſſcribamus diuiæ benignitati, cui debemus & hoc ipm qđ ſumus. Cæterꝝ, quicqd nobis accidit in hac uita, ſiue lætū ſiue triſte, ad nr̄am ſalutē ab illo credamus īmitti, nec ullā poſſe fieri nobis iniuriā, a deo natura iuſto, etiā ſi qua nobis uident̄ accidere indignis. Nemini deſperādā eē ueniā a deo, natura clemētiſſimo. Hæc (inq̄) tenere meo iudicio ſatis erat ad Chrīanā pietatē, nec erat irreligioſa curioſitate irrūpendū, ad illa retruſa, ne dicā ſupuacanea an deus cōtingēter præſciat aliqd &c̄. Primū ut ſæde iam dictū eſt hæc forma datur idiotis Chrīanis, qbus ſatis eſt, ut puiribus pficiāt, ſeq; totos uoluntati diuinæ cōmendēt, nec ab his opinor requires, ut ſeſe torqueāt quæſtionibus ne inter theologos q̄dem ſatis explicatis, de futuris cōtingētibus, de pſcietia & pdeſtinatōe dei, & affingis me hic depoſito Sceptico, aſſeuerare, quū bis adijciam meo iudicio. Verum iſtiuſmodi permulta tibi permittis, & ego ne nimium hic operæ ſumam, ad multa conniue

niuebo. Nunq̃ em̃ diſſuaſi, ne quũ inciderit oppor-
tunitas, pp̃lus q̊q; audiat, eẽ liberꝫ arb. ſed ineffi-
cax abſq; dei gratia, uerꝫ illa q̃ nũc doces populũ,
nullũ eẽ liberꝫ arb. oĩa mera neceſſitate fieri, præ-
terq̃ q̃d falſa ſunt, ꝑniciose dicunt̃ apud imperitã
multitudinẽ, nec mihi uidet̃ cõſultũ, ut etiã q̃ aſſe-
runt liberꝫ arb. cæteras huius q̃ſtionis difficulta-
tes tractẽt apud pp̃lm. Quot ſunt puriſſimi chr̃i-
aniſſimi uirgines q̃ ſeſe totas diuinæ uolũtati cõſe-
crarũt, nec tñ intelligũt, q̃uo p̃ſciat deus, & an ali-
q̃d p̃ſciat q̃d nolit, & q̃uo eadẽ uelit, & nõ uelit, &
q̃uo p̃ſciat cõtingẽtia, q̃ pendẽt ab humana uolũ-
tate. Corpus noſtrũ nõ intelligit q̃uo uim ſuã in ip-
ſo exerat aĩa, ſatis eſt, q̃ aĩo ſe p̃bet morigerꝫ, ita
nõ eſt neceſſe ut aĩa ſciat q̃bus modis ipſa operet̃
gr̃a, ſufficit q̃d ſe gr̃æ p̃bet obſequẽtẽ. Tu uero pu-
tas nihil eẽ religioſum, ſi hæc a religione Chriſtia-
na ſemoueant̃, an nr̃a uolũtas agat aliq̃d cũ operã-
te gr̃a, an deus p̃ſciat aliqua cõtingẽter, ſed hæc
occurrẽt ſuis locis. Nõdũ em̃ diſputamus, ſed tu-
as calũnias q̃bus liber tu⁹ undiq; ſcatet, refellim⁹.
Quarꝫ hæc una nõ multũ habet frontis, q̃tũ men-
tis, neſcio. Formã hãc dãnas ut Ethnicã ac Iudai-
cã, q̃d ne iota q̃dẽ fecerim mentionẽ Chr̃i, quaſi
doceã eẽ pietatẽ Chr̃ianã ſine Chriſto, tantũ ſi de-
us natura clemẽtiſſimus totis uiribus colat̃, quãq̃
hæc uerba, tantũ ſi deus, &c. de tuo affinxiſti, ne
nõ haberet aliquẽ fucũ tua calũnia. Hic iterꝫ ap-
pello tuã cõſciẽtiã Luthere, nõ te pudet tales næ-
nias miſeris chartis illinere? Tu huc torques mea
uerba, q̃ſi formã totius Chriſtianiſmi p̃cipſerim

oībus. Immo præſcripſi qđ ſatis eſſet ſimplicibus aduerſus cōtentioſas difficultates, & propemodū inexplicabiles, quæ tractantur circa materiam li-beri arbitrij. Cedo mihi, ubi nominatur deus, uti-q; Chriſtianorum, an illic abeſt Chriſt⁹? niſi Chri-ſtū nō habes pro deo. Et ubi Chriſtian⁹ nominat̃ an ibidē non intelligit̃ Chrūs? In cuius libris fre-quentius inculcat̃ nomen Ieſu Chriſti, q̃ in meis? Et poſt tā euidentē calumniā, de nihilo ſuſcitatā, in-fers hęc tragica. Quid hic dicā Eraſme? Totus Lu-cianū ſpiras, & inhalas mihi grādē Epicuri crapu-lā. Nunq̃ tibi deeſt qđ dicas, ſed puto cordato le-ctori nō eē obſcurꝶ, qd hic de te cogitē. Iā illud mi-hi uide q̃ tibi nō conſtes, homo adamantinus, cui Eraſmus eſt Proteus. Id accidere ſolet, quoties qs nō ex animo loquit̃. Admoneo ut Chriſtianus ſe totū mancipet uolūtati diuinæ, & totus ſpiro Lu-cianū, & inhalo crapulā Epicuri. An hoc eſt negā-tis eē ullū deū? Nū hoc eſt ſpirare Lucianum, qui ἄθεον dictus eſt, ꝙ in libris ſuis derideat oēs gen-tiū deos, hactenus pij uocabulo dignus, ſi uerꝶ de-um agnouiſſet? An hoc eſt inhalare crapulā Epi-curi? Quo modo quis cōmittet ſe totū deo, quem aut credat nō eſſe, aut ſi eſt, nō tangi cura rerꝶ hu-manarꝶ. Rurſum qui credit oīa, tū læta, tū triſtia, pijs immitti a propitio deo ad ſalutē noſtrā, an is exiſtimat res hoīm nō eē curæ deo? Etiā atq; etiā uide Luthere, quo te rapit impetus animi tui, cui nimiū obſequeris, cōtra q̃ decorum eſt perſonæ, quā ipſe tibi impoſuiſti. Et tñ quaſi iā argumen-tis irrefutabilibus euiceris qđ intendis, adornas

glorio-

glorioſum, prolixũ ac magnificũ triumphũ, quẽ agis aliquot capitibus.

Hæc uerba Luthere, totis uiribus enitamur, adeamus remediũ pœnitẽtiæ, ac dñi miſericordiã oĩbus modis ãbiamus, ſine qua nec uoluntas humana efficax &c. non miror tibi uideri ſine Chr̃o, ſine ſpũ dicta, & quauis glacie frigidiora, quũ diſſentiãt a tuis dogmatibus, a q̃bus quicq̃d diſcrepat, impiũ eſt tuo ſane iudicio, & hęc ipſa tñ uident̃ tibi nõ ex aĩo dicta, ſed metu põtificũ ac tyrannorꝝ extorta, ne prorſus uiderer ἄθεος. Dic mihi καρδιογνώσα, eſt ne ullus locus in tot meis lucubrationibus q̃ aliter loquit̃ de libero arb. q̃ hic loquor, iuxta definitionẽ eccleſiæ, & orthodoxorũ ſñiam? Aut audiuit me quiſq̃ approbantẽ tuã de libero arb. ſentẽtiã? Qua igit̃ fronte fingis me tu principũ nunc demũ hæc uerba a me extorta? Maluerã tecũ in harena gladiatoria non cõmitti, uel q̃a p̃uidebã me nihil profecturꝝ, niſi ut equũ in campũ (q̃d aiunt) prouocarẽ, uel q̃a malueram alijs uacare ſtudijs. Proinde ſi me dicas aduerſus animi ſñiam prodiſſe ĩ harenã, nõ aberras a uero. Sin exiſtimas me tecũ ſẽtire, quũ aliđ apđ me celẽ aut erras tota uia, aut impudentiſſime confingis hoc, ut alia multa. Inuitus ac detrectãs acceſſi ad cõflictũ, ſed in ipſo cõflictu nihil aliud defendi, q̃ et ſenſi ſemper & hodie ſentio. Id q̃d teſtificatus ſuꝫ & in mea diatriba. Et tu iã olim in me ſtomachabaris, (id arguunt literæ tuæ a tuis excuſæ) quod in cauſa liberi arbitrij abs te diſſentirẽ. Vnde igitur nouus ille tyrannorum metus q̃ has uoculas

expreſſit

expſſit aduerſus animi mei ſniam: Illud ſcito Lu-
there nullũ eẽ dogma tuũ, de dãnatis loquor, inq̊
tecũ ꝑ oĩa ſentiã, niſi qđ q̃ ſcribis in mores eccliæ
corruptos, ueriora ſunt q̃ uellẽ. Tãtũ abeſt, ut hac
una in parte abs te diſſentiã. Quare poſthac omit-
te illas blãdas appellationes, mi Eraſme, mi Eraſ-
me, & iſtis palpis tibi iuratis caput demulce. Atq;
hic mirꝝ q̃ tibi fluant uerba tragica, ſalſo multũq;
fluenti expreſſa arbuſto, quaſi oĩbus interdixe-
rim ne ueſtigent qd poſſit uolũtas nr̃a, qd agat in
nobis gr̃a dei. Immo q̃ curioſius circa hæc diſpu
tant̃, nõ requiro ab oĩbus Chr̃ianis, & nego eẽ ue-
tilanda apud pplm. Et legis in mea diatriba taxa
tos eos, q irreligioſa curioſitate in hęc irrũpunt, ſi-
gnificãte aliquã piã eẽ curioſitatẽ. qua hæc aliquo
uſq; ſobrie citraq; cõtentionẽ poſſint inueſtigari.
Et uis nullũ haberi pro Chriſtiano, q ignoret, qd
ſit in nobis illud qđ uocat̃ liberꝝ arb. & utrũ ſit in
uolũtate tantũ an etiã in intellectu, Et an tantũ pa
tiatur agere ab agente gratia &c.

Supiores illæ q̃ſtiones, & illis ſiles poſſunt a ſim
pliciter christianis ſimplr credi, etiãſi nõ excutian
tur ſubtilitate ſcholaſtica. Proinde qm̃ a ſcopo no
ſtri ſermonis aberraſti, quicqd hic atrocibus uer-
bis exaggeras, irreligioſum, impiũ, ſupuacaneum
fruſtra tibi dictũ eſt Deinde qd opus eſt ſimplices
Chriſtianos diſputare de cõtingentibus, deq; uo-
luntate tantũ patiẽte, quũ iã eccleſia magiſtra per
ſuaſum habeãt, aliqd agere uolũtatẽ, uerꝝ id inef
ficax eẽ, niſi ꝑpetuo adſit opitulatrix gr̃a Hoc do
gma iã annis mille qngentis tenuit pplus Chriſti-
anus.

anus Nec de hoc diſputare fas eſt, niſi ſi q mode-
rate in hoc diſputẽt, ut magis cõfirmet̃ qđ tradi-
dit eccl'ia. Cæteꝝ qđ in cõgreſſu profiteor me di
putatorẽ, non iudicẽ, ciuilitas erat quã tibi tuiſq;
tribui, qua ſimul & autoritate cõciliorꝫ, pontificũ
& academiaꝝ memet exarmaui. Quid em̃ attine
bat me pronũciare, de quo iã olim pronũciauit ec
cleſia catholica? Proinde quũ hoc agã tota mea di
atriba, ut euincã eẽ ueꝝ qđ definiuit eccl'ia, eſſe in
hoĩe uim liberi arb. q̃ operãti in nobis grãæ coo-
peret̃ ſed ſic ut ipm̃ nõ aſſequat̃ ſalutẽ abſq; gra-
tia, qd attinet mihi ingerere mea uerba, qbus aſſe
ro uolũtatẽ aliquid agere, in his q̃ ptinẽt ad æter-
nã ſalutẽ, & hãc rurſus inefficacẽ eẽ, ſine miſericor
dia dei? Sed hic mecũ pugno (ut ais) q p̃fatus ſim,
eẽ curioſum his de rebus diſputare. Nõ ſolũ curi-
oſum, uerũetiã impiũ eſt illa uocare in dubiũ, que
tanto cõſenſu recepit eccleſia, id qđ tu facis. Et ad
do multas alias q̃ſtiones q̃ huic adhærent, quas tu
prudens retices. At in forma nõ definio, qd uale-
at nr̃a uolũtas, qd miſericordia, & q̃uo intellige-
dũ ſit agere & pati, q̊ uidelicet prudẽs, ut ſcribis,
faciã ignaros. Graue flagitiũ, ſi hæc nõ explico in
forma quã p̃ſcribo ſimplicibus, at explico ſatis o-
pinor, in ipſa diſputatiõe, & forte melius q̃ tu fer-
re poſſis. Nã qđ tu diatribã meã ſic eleuas, ſic de-
ijcis, ſic cõſpuis, hoc ipm̃ arguit illã nõ tã aſperna
bilẽ eẽ, q̃ tu uideri uis. Si nõ urgeret te, nõ tot con
uicijs in illius autorẽ debacharet̃ tuus calamus.
Rurſum illa uide, q̃ nõ in loco tibi dicunt̃, qđ neu
tri parti adhærere ſtatui, & inter Scyllã & Cha-
rybdim

rybdim tuto euadere, ut medio mari fluctib⁹ ob-
rutus & confuſus oĩa aſſerã quæ nego, & negem
quæ aſſero. An omnes defecerũt ad tuã Charyb-
dim qui nõ ſtringunt calamũ pro eccleſia? An de-
fecit ab eccleſia, quiſquis maluit aliud agere, quã te
cũ cõgredi? A ueſtro fœdere me alienũ eſſe ſemp
profeſſus ſum, cũ eccleſia catholica pacẽ habeo,
cui & cenſurã ſcriptorꝝ meorꝝ detuli, ſi qd ineſt er-
roris humani, nã maliciã aut impietatẽ procul ab
illis abeſſe ſcio. In nullius grãm unq̃ impugnaui
cognitã ueritatẽ, nec ullius tyrannidẽ meis ſcrip-
tis foui. Mihi in pontificũ & epiſcoporꝝ uitam cẽ-
ſoria uirgula data nõ eſt. Et ſi qd monitis proficiẽ
uideor mihi hic fuiſſe liberior, q̃ꝫ huic perſonę cõ-
gruebat. An ideo ſeiũctus ſum ab eccleſia, quod
mihi cum duobus aut tribus theologis, quos tu
ſophiſtas uocas, parũ conuenit? Hæc quum tot e-
piſtolis & priuatim ſcriptis, & per typographos
euulgatis ante tot annos declararim, tibi adhuc
nauigo inter Scyllã & Charybdim (nã hoc tã le-
pido dicto uideris mire delectatus, toties inculcas
nobis) & neutri parti adhæreo. Si ꝑſuaſiſſes nobis
te eẽ uirum illũ diuinitus orbi datũ, qui gladio ſpi-
ritus Euangelici, renouares eccleſiã, q ducereris ſpi-
ritu dei, cui ſoli nihil eſſet obſcurꝝ in ſacris literis,
ultro iſthuc adrepſiſſemus, etiã pedes tuos exoſ-
culaturi. Verũ hoc, quantumuis arrogas tibi, mihi
nõdum perſuaſiſti. Permulta quidem obſtiterũt,
ſed inter præcipua fuit iſta tui calami amarulẽtia,
& effrenis conuiciandi libido, ac pluſquã ſcurri-
lis dicteriorum ſannarũq́ꝫ petulantia, qua uteris

in omnes, qui audent aduerſus tua dogmata hiſ-
cere. Hic eñ non ſolũ deſiderare cogimur ſpiritũ
illum Chriſti, quẽ tibi fortiter arrogas, uerũetiã
ſentimus longe aliũ ſpm̃, uidelicet Lucianicũ aut
Ariſtophanicũ, niſi mauis Archilochiũ. Et tu ne-
gas animã hoĩs ferre duos ſeſſores, quoꝝ alter al-
terꝝ uiciſſim depellat, at q tua legit, ſentire uidet
ambos ſimul eidẽ aĩæ inequitãtes. Quũ eñ nobis
cõmendas fiduciã erga deũ, quũ extenuas uires
hoĩs, quũ diuinæ ſcripturæ maieſtatẽ & autorita-
tẽ extollis, oĩaq; hũana ꝑ hac deijcis, multa ſic di-
cis, ut uideri poſſint ab euãgelico ſpũ ꝓficiſci, rur
ſus ubi tuis Vuilheylis & applauſoribus incipis a-
gere fabulã, tãta eſt petulãtia, ſubſannãdi, conuici-
andiq;, tãta uafricies, & adeo nullus in his modus
quũ in argumẽtãdo ſis aſtrictus, ut nullus q̃uis æ-
quiſſimus tibi, poſſit excuſare ſpm̃ tuũ. Iã q̊ graui
us uulneres, uafricie q̃dã addis maledicẽtiæ ſtro
phas, & obliq̃s figuras, hoc ẽ, gladio ueneñũ illi-
nis. Queãdmodũ & hic facis, quum nihil omiſeris
q̃d in hoĩem deploratiſſimũ dici poſſit, quũ ſim ti
bi Lucian⁹ atheos, quũ Epicuri de grege porcus,
quũ tã ipius, ut nec ipĳſſimis Sophiſtis ſim tolera
bilis, quũ hoſtis totius Chr̃ianiſmi, q nolim apud
pplm̃ diſputari, an de futuris cõtingẽtib⁹ ſit certa
ỹitas, tñ adhuc aliqd ꝑmis in pectore, & cõcedis
de tuo more, & uela cõtrahis, & ni Eraſm⁹ eſſem
tuo more ferreris ĩ me, q̃ſi tibi poſtules & g̃ras a-
gi ꝓ tã clemẽti modeſtia. Hæc ĩ te quũ ſint euidẽ
tia, tñ poſtulas ut credamus te nihil facere ex lib.
arb. ſed ex moderatiõe ſpũs Chriſti, & ind gnaris

quod

q̃d nõ protinus deſerta doctrina, quã tot retro ſe-
culis amplexa eſt, ac tenuit eccleſia catholica, iure
mus in tua uerba. Mihi nunq̃ fuit aius admiſceri
ueſtræ cõſpirationi. Et tñ ſi me tæderet huius ec-
cleſiæ, q̃ſo te p Euangeliũ, quo me uacillantẽ ac p
plexũ uocares? ad iſtã ueſtrã diſgregatã cõgrega
tionẽ, & undiq; diſſectã ſectã? Carolſtadius in te
debacchatus eſt, tu uiciſſim in illũ. Nec diſſidium
fuit de lana caprina, ſed de re grauiſſima. Zuingli
us & Oecolampadius multis uoluminibus oppu
gnãt tuã ſniam. Et his cõſentiũt aliquot proceres
tuæ cõgregationis, quorũ eſt Capito. Rurſum Bal
thazarus quãta cõtẽtiõe pugnauit cũ Zuinglio?
Et haud ſcio an iſtic in exigua ciuitatula, ſatis in-
ter uos cõueniat. Hic tui diſcipuli palã docebant
diſciplinas hũanas eẽ uenenũ pietatis, nõ eẽ diſcen
das linguas, niſi Hebraicã & Græcã ex aliquãtu-
la parte, Latinã prorſus negligendã. Extiterunt q
tollerent baptiſmũ, tũ q nouarẽt, nec defuerunt q
hos opprimerent. Alicubi diuorũ imagines dira
paſſæ ſunt, tu illis tuliſti ſuppetias. Vbi prodiſſet
libellus tuus de inſtaurandis ſtudijs, aiebant te de-
ſtitutũ tuo ſpũ, iã humano ſpũ cœpiſſe ſcribere, q
pugnaret cũ Euangelio, idq; dictitabant te facere
in grãm Melanchthonis. Exortũ eſt iſthic prophe
ticũ genus, qui cũ tibi fuit acerrima conflictatio.
Deniq; queãdmodũ quotidie inter uos exiſtũt no
ua dogmata, ita ſimul exoriunt̃ noua diſſidia, &
poſtulas ne qs a uobis diſſentiat, quũ ipſi inter uos
de rebus grauiſſimis ſic diſſentiatis? Finge igit̃ ue
rũ eẽ q̃d toties ſine fronte repetis, me miſerũ flui-

tare in-

tare inter Scyllā & Charybdim, in qđ littus, in quē
portū me uocas? Si qn̄ dediſſem nomē ueſtro fœde-
ri, & in ueterē eccł'iam reuolutus eēm, uos potera-
tis defectōis & inconſtantiæ crimē impingere, alij
uocarent reſipiſcentiam. Si ueſtrā doctrinā cōpro-
baſſet orbis Chriſtianus, uel pertinax uel impius ui-
deri poſſem, qui ſolus nō accederē. Si uos inter uos
conſentiretis in dogmatibus, faſtidiū obijcere po-
teras, ꝗ nollem auſcultare qđ tanto conſenſu doce-
rēt homines eruditi. Nunc quum eccłiæ Catholicę
ſemꝑ adhæſerim, a ueſtro cōſortio ſemꝑ abſtinue-
rim, quum ur̄a doctrina dānata ſit ꝑ eccleſiæ prin-
cipes & orbis monarchas, ne ꝗd dicam de cenſuris
Academiarꝫ, quū uos ſic inter uos digladiemini, et
nemo interim ſibi nō uindicet ſpm̄ Chr̄i, ſacrarū-
ꝗ; literarꝫ certiſſimā cognitionē, quō tibi adhuc in-
ter Scyllā & Charybdim nauigo, & indignaris qđ
homo ſenex & rei Theologicæ rudis malim ſeꝗ cō-
ſentientē autoritatē eccłiæ, ꝗ̄ uos ſic diſſentientes
ab eccleſia, ut nihilo ſecius inter uos diſſentiatis?
Hæc pluribus inculcare uiſum eſt, qđ te nō pudeat
toties occinere nobis Scyllā & Charybdim, & ani-
mū ancipitē in medio fluctuantē. Ego Luthere tm̄
habeo fidei diuinis literis, & eccłiæ decretis, ut eti-
am abſꝗ; ur̄æ fidei p̄ſidio ſperē mihi ſalutē a miſe-
ricordia dn̄i. Quare noli poſthac tibi uindicare qđ
eſt dei, noli ꝓnunciare de ſpū homīs, ſed tuū ipſius
ſpm̄ excute, ne forte aliū habeas ſeſſorē ꝗ̄ prædi-
cas. Ego quū ex aliorꝫ autoritate poſſem, de tuo
ſpiritu non auſus ſum pronunciare, tantum dixi mi-
hi ſuſpectum eſſe, & optaui ut mea me ſuſpicio fal-

ſeret, quod idem & hodie opto. Hoc de te ſuſpica-
tus ſum iam inde ab initio, quum tu fabulam hãc
magno orbis applauſu ſaltare inſtituiſſes. Hũc ani-
mũ conſtanter pręme tuli, multo anteq̃ in me ſtrin
geres calami tui cuſpidẽ, idq́; factum gaudeo, ne ſi
quid nunc de tuo animo iudicarẽ, cauſari poſſes,
non eſſe iudicij, ſed doloris & odij. Promittis alicui
te effectuꝝ ut me pudeat æditæ ſpongiæ. Ego cõ
tra non auſim polliceri me effectuꝝ, ut ullius rei te
pudeat, ea ẽ animi tui præſentia, attamen efficiã,
ut omnes intelligant, quantus ſis artifex, detor-
quẽdi, deprauandi, calumniandi, exaggerandi quic
libet, quanq̃ iſtuc iam pridẽ agnoſcit mundus. Sũt
q libris æditis ingerant tibi tuã incõſtantiam, & ua
fre diſſimulas, mihi occinis, aiunt aio, negãt nego,
& hic aſſero quæ nego, nego quæ aſſero, quum tu
tantus Protei capiendi artifex, adhuc ne unum q-
dem locum proferre potueris, in quo mihi non cõ
ſtem, niſi forte aiunt aio, & negant nego, putes in
eos competere, qui aiunt quod affirmat eccleſia, &
negant quod reijcit eccleſia, ut iam dictum hoc in-
uerſum uideat in te torquendũ, aiunt nego, negãt
aio, adeo lubens diſſentis ab oĩbus quæ recepit ec
cleſia, nec aſſero quæ nego, negans quæ aſſero, ſed
ea tibi uafrices eſt, ut recte dicta deprau es quoties
eſt commodũ, ut quod album eſt uertas in nigrũ,
quod lucidũ uertas in tenebras. Pertinet & hoc ad
artem, quod ſubinde mones, ut metuã ſpm̃ Chri,
deum non irrideri. Ita ne periculũ eſt ne offendam
ſpiritum dei, ſi metuam diſſentire ab eccl̃ia Chri.
Immo hoc eſt, quur non audeo me uobis credere,
quod

quod metuam offendere ſpm̃ dei. Et poſtea nobis excuſas tuã iſtã ad mirabilẽ infantiã, quũ ad maledicendũ & calumniandũ ſuppeditet tibi tãta copia ſermonis amari, ut q̃uis ocioſum & patientẽ delaſſare q̃as, rurſus tm̃ adſit artis, ut nihil tã circũſpecte dici poſſit, quin tu uertas in atrocem tragediã.

Primũ quod dixeram obiter in præfatõe, ſatius eſſe ſi de difficultatibus quæ incidunt circa materiã liberi arbitrij non diſputet̃ ab idiotis, aut apud idiotas, id quod nunc fit libris in linguã uulgatam uerſis, adeo ut paſſim a militibus audiamus. Quid refert? nõ eſt liberꝝ arbitriũ, deus oĩa operat̃ in nobis & bona & mala. Sinamus illum operari, ſcit q̃d agat, & eius uolũtati nemo reſiſtit, ſic interp̃taris, q̃ſi nolim quenq̃ uſquã loq̃ de libero arbitrio. Simili arte quũ ego multas quæſtiones recẽſeam, tu unã aut alterã urges, quũ a ſobrijs q̃ſtionibus pueniat̃ ad curioſas, & poſtq̃ oĩa detorſiſti, tum præſto ſunt illa tragica, curioſum, uanum, ſupuacaneũ, irreligioſum, quo lectori talẽ offundẽs ob oculos puluerẽ, exocules. Prodeo in mediũ diremptutus uos, p̃fatus de his rebus nõ eẽ diſputandũ & rẽ eẽ ſupra captũ humani ingenij, & interim facio q̃d improbo. Primũ nõ dirimo ur̃am litẽ, q me diſputatorẽ tm̃ ꝓfiteor. Ea teſtificatio erga te ciuilitas erat, erga catholicã eccl̃iam dep̃catio malitioſi erroris, deinde nõ tecũ luctat̃ eccl̃ia, imo aduerſus tuũ dogma q̃d iam olim ꝓſtratum eſt ab eccl̃ia, ea diſputo, ſed ſobrie, ſed coactus. Si rem tam arduam mea ſporte ſuſcepiſſem, poteras impingere crimen temeritatis, nunc quum detrectans, & nihil non ex-

cuſans ſuſceperim, temeritas obijci nõ põt, ſed obe
diẽtia laudari debet. Poſtremo nõ diſputo q̃ te ſu-
perẽ, ſciebam eñ me nihil ꝓfecturꝫ, ſed ut oĩbus te
ſtatiſſimũ facerẽ, me nõ ſentire tecũ, & tuorꝫ q̃buſ-
dã fucũ detraherẽ, q̃ p̃dicabãt & pleriſq; ꝑſuaſerãt,
me tecũ ſentire. Quã ſuſpicionẽ, ut capitalẽ ita fal-
ſiſſimã, tu q̃q; fouere conaris tãetſi fruſtra, ni pla-
ne ꝑ lapide habes Eraſmũ. Rurſus ipſe mihi cõtradi
co, q̃ in eadẽ formula iubeã anniti totis uiribus,
& aſſerã nr̃os conatus eẽ inefficaces ſine dei miſeri
cordia. Si arguis. Qui niſus & uiriũ meminit, ſentit
aliq̃d agere uolũtatẽ nr̃am, q̃ fatet̃ inefficacẽ eẽ ſi-
ne dei miſericordia, docet eã nihil aliđ q̃ pati. O in-
cõſtãtiã. Quid ego audio? q̃cũq; ꝓfeſſi ſunt homis
uires nõ ſufficere ad parãdã ſalutẽ abſq; dei miſeri
cordia, fatent̃ uolũtatẽ nr̃am nihil agere, ſed tm̃ pa
ti? Atq̃ iſtud nemo neq; uete rꝫ neq; recẽtiũ Ortho-
doxorꝫ negat, q̃ tñ docẽt nr̃am uolũtatẽ aliq̃d age
re ſil̃ cũ agẽte gr̃a. An abſurdũ uidet̃, eandẽ uolũ-
tatem iuxta diuerſam rõnem ſil̃ & agere & pati?
Quin iſtã incõſtantiã impingis diuinis lr̃is, ubi to-
ties legis miſericordiã dei cui debemus oĩa, rurſum
toties illa, inſta, uigila, labora, legis apud Paulum,
plus oĩbus laboraui, & rurſus, certa bonũ certamẽ,
& curſum cõſummaui. At apud eundẽ legis, gr̃a
dei ſum id q̃đ ſum, q̃n huic ĩpingis incõſtantiã, quã
mihi ĩpingis e duabus uocibus, nitẽdi & miſericor
diæ? Sed nõ definio quõ illud agere & pati ſit intel
ligendũ. Hoc ſcilicet explicãdũ erat in formula, q̃
nõ ſatis fuerit in diſputatiõe ubi oportebat id eſſe
factũ. Poſtremo an Chr̃ianus ſit impius futurus, ſi

tantum

tantū didicerit, q̄cquid in nobis eſt boni, id totū diuinæ benignitati aſcribendū, niſi pollice metiatur etiā, quantū debeat illius miſericordiæ, quantū noſtris uiribus? Sed hāc quæſtionē paulopoſt, magnifica pollicitus tractas. Illic igit̃ audies q̄ nō reſpondeat tua probatio pollicitis.

15 Hiſce rebus tam feliciter geſtis adornas triūphū, & ani gr̃a expatiaris in locū rhetoricū ut cū rhetore par rhetoriceris, ſic em̄ loqueris uere par rhetorice. Ac mire urges me ſimilitudinibus ſcribēdi poematis, agricolādi, belligerādi, & turris ędificādæ, ex rhetorica Quintiliani, ex poetica Horatij, & hic ſi ſuperis placet citant̃ Vergilij georgica & Salluſtij ſnia, quaſi quicq̃ ſimile inter agricolam humana induſtria colentē agrū, & deum operantē in nobis. Nam q̄d adducis ex Euangelio de turri, aut fruſtra huc adducis, aut cōtra te facit. Quid ſupputabit ille, q nihil habet quod impendat.

16 Eadē felicitate poſt adducis ſimilitudinē ex ēdia arte rhetorices, de oratore & præceptis. Deum immortalē, nō puduit tuū logodædalū huius modi nugas inſulcire diſputationi, in qua tu ꝯfiteris eſſe cardinē totius doctrinæ Chriſtianæ? An q ſic doceat ſimplicē Chr̃ianū, ne te torqueas quæſtionibus q̄ ſuperēt ingenij tui modulū, ſed iuxta dei p̄cepta cōnitere ut fugias q̄d uetitū eſt, & p̄ſtes q̄d p̄ceptū eſt, at ita ut ne q̄d tuis fidas uiribus, neu q̄d ex benefactis tibi arroges, ſed totū aſcribas benignitati diuinæ, cui debes nō ſolū q̄d recte facis, uerumetiā hoc ip̄m q̄d naturæ uiribus potes aut es, docet ſocordiā, & dicit oraturo, ne labores, de p̄ce

ptis, tm̃ ſcribito? Tam inſulſis iocis mecum agis q̃
uindicas tibi cũ Paulo ſciam, mihi uix ſenſum re-
linquens cõmunẽ. Paulo minus inepte contuliſſes
tua ſimilia, ſi Chr̃ianum comparaſſes agricolæ, co-
lendi rationem dei pręceptis, cœli fauorem gratiæ
diuinæ. Huic opinor, non abſurde quis diceret. Tu
gnauiter labora iuxta præcepta agricolarõis, uerũ
hoc ſcito, te fruſtra facturũ oia, niſi cœlum fauerit.
Nam illud fructificat potius q̃ ager. Sed cœli fa-
uor tibi in manu non eſt, nec ſemper ſcis quomõ fa-
ueat. Nam fauet aliquando, quum credas inimi-
cum. Similia ſunt quę præſcribo ſimplici Chriſtia-
no. Itidem ſentiendum de eo qui dicturus ſit de re
Chriſtiana. Exerce te in literis ſacris, meditare quid
ſis dicturus, ſed inuocato illius ſpiritu, ſine cuius au-
xilio ſterilis eſt hominis ſermo. Nec eſt tuũ illi præ-
ſcribere, quomodo ſit moderaturus organum lin-
guæ tuæ. Scit ille quid expediat. Hic tu dicturũ uo-
les lancibus expendere, hoc ego præſtabo, tm̃ de-
us, ſic ego dicã, ſed deus ſic afficiet animos hoim.
Opinor et martyrẽ iam apparatis cruciatibus &
mortibus, iubebis expẽdere qd ipſe poſſit ſuis uiri-
bus, & qd miſericordia dei, ſimulq́ cogitare, quo-
modo patiatur aut agat liberũ arbitrium, quomõ
operet̃ miſericordia dei. Quanto Chriſtianius mo-
nueris illum, ut ſuis uiribus diffiſus, totum ſe tra-
dat miſericordiæ dei, ipſe tantum ne ſe ſubducat
gratiæ, reſpiciẽs carnis pręſidia. Sed ualeant ſtultiſ-
ſimæ logodædali tui collationes Qui docet dei mi-
ſericordiam in nobis operari prĩcipium incremẽ-
tum, & conſummationem, ſed ſimul cum illa cona-
ri no

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ri noſtrā uoluntatē,pie docet,qui uocat in dubium an ſola gratia operetur,uoluntas nihil aliud q̃ patiatur,non pie diſputat.Quot autem cenſes fuiſſe pios homines,qui nunquam ueſtigarunt quomodo Deus neceſſario præſciat,ea quæ pendent a libero arbitrio,& an ipſe deus,quando uoluntatem habet immutabilem,neceſſitate faciat oĩa,quemadmodum nos om̃ia neceſſitate quadam facimus q̃d illius oĩpotēti uolũtati nemo poſſit reſiſtere,& q̃re traxerit Petrũ cũ Iudā nō traxerit,aliaq; huius generis innumera,neq; eñ tantum loquor de hac quæſtione,an gratia totum peragat in nobis,& uoluntas nihil agat,ſed de omnibus quæ ſcholæ philoſophicæ huc inuehunt.Nec,quod mihi ſæpe repetendum eſt aduerſus tuam importunitatem, loquor de ſobrijs eruditoꝝ inquiſitionibus,ſed de rixoſis contentionibus apud populum.

¶ Hæc quum ſic habeant, expedito q̃ non in loco dicunt̃ illa.Qui hoc non ſentit,fateat̃ ſe non eē Chriſtianum,qui uero reprehendit uel contemnit, ſciat ſe eē ſummũ Chriſtianoꝝ hoſtē.Nam ſi ignorauero,quid,quatenus,& quantũ ego poſſim & faciam erga deũ,pariter incertũ & ignotũ mihi erit, quid,quatenus,& quantũ deus in me poteſt & faciat,quum deus operetur omnia in omnibus.Ignoratis uero operibus & potentia dei, deum ipſum ignoro.Ignorato deo deum colere & gratias agere,ſeruire Deo non poſſum,dum neſcio quantum mihi tribuere,quantum deo debeo. Hic ē tuus ſyllogiſmus ſcalaris,in q̊ quũ nobis egregie ſophiſtā agas,tibi tamē mirus uideris theologus. Nō eſt ne

ceſſe ut Chriſtianus ad trutinā expendat, q̄d ipſe
poſſit, q̄d deus, & quantū ipſe faciat, quantū deus,
mō ſciat, quicq̄d boni facit id diuinæ benignitati
acceptū ferri oportere. Nec potētia ſcitur, ſed cre-
ditur, nec protinus deū ignorat q per imbecillita-
tē humani ingenij non aſſequit̄, q̄uo operet̄ oīa in
oībus Queadmodū non aſſequimur ingenio q̄uo
cōdiderit mundū, & tn̄ conditū ab illo credimus.
Et multi pij credūt Chriſtū fuiſſe deū & hominē,
q tn̄ neſciunt, q̄uo & quatenus q̄buſq; modis ad-
glutinarit ſibi natura diuina humanā, nec reſpon-
dere poſſint, an eo t̄pe quo corpus exanime iace-
bat in ſepulchro, Chr̄s potuerit dici hō. Nec male
gratias agit deo, q ſibi nihil tribuēs, ſummā boni
operis, illius gr̄æ fert acceptā, etiāſi non dimetiat̄
pollice, quantū debeat ſibi tribuere, quantū deo.
Egit Auguſtinus gr̄as deo, coluitq; deū, & tn̄ alia
q̄n ignorauit, illud tuū, q̄d, quantū & quatenus.
Coluit, egitq; gr̄as diuus Bernardus, q tn̄ hære-
in his q̄ſtionibus. Egit Thomas (opinor) & Scot⁹,
q inter ſeſe diſſentiunt. Agunt & hodie plurimi
gratias deo, q cōtenti patrū definitione, nō expē-
dunt ad trutinā, q̄d, quatenus & quātū. An Chri-
ſtianus nō eſt, nec deū colit, nec illi ſeruire poteſt,
aut agere gr̄as, qui quū toto pectore credat arti-
culū de carnis reſurrectione, tn̄ nō diſputat, nec aſ-
ſequitur illa tā multa, q̄ theologi circa hāc materi-
am diſputant? An totū deū neſcit, q certa fiducia
ſperans uitā æternā, nō excutit innumeras diffi-
cultates, q̄ de uidendo deū facie ad faciē ſicuti eſt
tractant̄ a theologis? Ipſa uirgo ſacratiſſima non
aliud

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quæſiuit ab angelo, q̃ quo ſine uiri cõtractu eſſet paritura, ſimul atq; audiuit, Spũs ſanctus ſupue-niet, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi, nihil ul-tra ſciſcitata, ancillã profeſſa eſt cœleſtis opificij, & fieri pt, ut uel ignorarit, uel nõ inquiſierit mul-ta, q̃ theologi diſputant, de orationibus, qbus in corpuſculo uirginis illud opificiũ ſpũs fuerit pa-ctũ Intelligis quot exẽpla queã hic cõgerere, in q bus ridiculus & impius erit tuus ſcalaris. Quot ſunt Chriſtianorꝝ milia, q deũ ſyncere diligũt co-lũtq;, quos tñ ſi interroges, qd ſit grã, utrũ creatũ quiddã, an increatũ, & an ſit eadẽ gratia qua nos attrahit deus, & qua nos illũ redamamus, reſpon ſuri ſint. Deus nouit. An pronũciabis de talibus in uniuerſum qd deũ neſciant, ignari qd, quantũ & quatenus in ipſis operet̃: Nã huc ꝑducent il-los tui gradus. Et impius erit indignuſq; Chriſtia ni noie, q cõtẽtus tenere qd traditũ eſt, uerũ Chri corpus & ſanguinẽ eſſe in Euchariſtia, niſi q̃ſierit, & aſſequat̃, quõ corpus ſolidũ ſit abſq; dimenſio nibus, quõ corpus hois ſit abſq; diſtinctione mem brorꝝ, hoc eſt, ut nõ alibi ſit pes, alibi caput, alibi pectus, ſed ubiq; totũ ſit, itẽ quõ ſolidum corpus poſſit in cœlo ſedere ad dextrã patris, & idẽ tot locis in terra comedi ab hoibus. Equidẽ arbitror, nec tu (ni fallor) inficiaberis, milies centũ milia re gnatura cũ Chro, q̃ dũ uiuerent, nunq̃ exquiſie-runt, an in oibus tantũ patiat̃ uolũtas hois, an ſi-mul & agat aliqd, & ſi qd agat, quõ unius operis poſſint eſſe plures cauſæ, & utra cauſa ſit princi-palis, utra ſecũdaria, deus an uolũtas hois, deĩde

 quõ

q̃uo utraq; poſſit eſſe principalis & ſecundaria, ſi diſtinguas eſſe ſubſtantiæ, & eſſe meritoriũ. Nam hæc aliaq; multa uis apud oẽs excuti, ni fiat, neg- ligi Chriſtianiſmũ & articulos ecclĩæ. Hęc ſi a me dicta fuiſſent, exclamaſſes impiũ ſophiſtã, nũc qm̃ uiſa ſunt facere ad calumniã, uis erudite pariter ac pie dicta uideri. Nec minus olet ſophiſtã alterib- le ſcalaris, q p̃ceſſit. Neſcient em̃ q̃d faciant, dũ ig- norant q̃d & q̃tũ poſſint. Ignorãtes aũt q̃d faciãt pœnitere ſi errent, nõ poſſunt. Impœnitẽtia autẽ peccatũ irrremiſſibile eſt. Iſtiuſmodi gradibus nõ aſcendit ad ueritatẽ, ſed deſcendit ad inſaniã. An ille neſcit q̃d poſſit, q doctus eſt ſe nihil poſſe abſ- q; grã dei, p illã nihil nõ poſſe. Sed finge eẽ ſimpli cẽ Chriſtianũ q neſciat expẽdere ad lancẽ, q̃ta ſit uis liberi arb. q̃ta uis agẽtis grãæ, nũ ille peccãs ad uerſus p̃cepta dei, neſcit q̃d faciat, nec poterit un- q̃ pœnitere? Hæc plusq̃ ſophiſtica obtrudis nobis ſimplicibus, dũ oſtẽtas orbi tantã rei diuinæ ſcien tiã, quãtã haud ſcio an quiſq; apłorũ ſit unq̃ pro- feſſus. Certe poſt apłos nemo ſibi uindicauit, ni- hil eẽ in libris arcanis, q̃d ipſi nõ eẽt dilucidũ. Rur ſus inculcas me idẽ aſſerere, q̃d tu aſſeris, q in for mula doceã totũ bonũ noſtrũ deo aſſcribendũ eſſe nã ex eo cõſequi, dei miſericordiã ſolã oĩa agere & uolũtatẽ noſtrã nihil agere, ſed potius pati, ali oqui nõ totũ deo tribueret. Non tu deſines hiſce tã cõfeſſæ tãq; pudẽdæ uanitatis aſſeuerationib9 miſerũ lectorẽ obtũdere, quũ in diatriba mea, tam explanate tãq; dilucide docuerim, hũc ſermonẽ nõ pugnare ſecũ, ſi q̃s ſummã op̃is boni tribuat

gratiã

grãæ diuinæ,& tñ aſſerat hoĩs uolũtatem pro ſua portiũcula aliqd agere. Porro quũ iã dudũ ſic ineptias, ut me q̃q tui puduerit, tñ adiecto epiphonemate, tibi ipſi plauſum das, idẽ & actor & applauſor. Sed ſic (inqs) loqui cogitur mens ſibi ipſi nõ cõſtans, in rebus pietatis incerta, & imperita. Quid ſupeſt, niſi ut tibi dei nomẽ uſurpes, poſteaq̃ tã aſſeuerãter pronũcias de mẽte aliena? Toties inculcas incõſtantiã, quũ nondũ potueris uel unũ locũ euincere, in quo mihi nõ conſtẽ, & ſi id feciſſes, nihil aliud probaſſes, q̃ hoc uſu ueniſſe Eraſmo, qđ accidit Auguſtino & Hieronymo. Nã nuſq̃ errare, nihil neſcire, nullius dicti pœnitere, tibi Stoico, & gnoſtico peculiare eſt. Sed age dic q tibi cõſtas, q quũ mihi tribuas ſummã imperitiã ueri, tñ impingis peccatũ irremiſſibile. At nemo per imperitiã labẽs tenet̃ iſto crimine, nã & Paulus blaſphemus fuit aduerſus euãgeliũ, ſed qm ignorãs fecit, miſericordiã cõſequutus eſt. Ab hoc igit̃ crimine me mea liberat impitia, ſed tibi metuẽdũ eſt, q nihil neſcis, ne in hoc crimen incurras, dũ fortiter reſcindis eccl'iæ placita, nihilq; nõ aſſeris. Rurſus q cõuenit, ut quũ nihil ſciã, tñ tecũ ſentiẽs in grãm principũ diuerſa defendã? Vis me uideri peſſimũ, q ſciẽs uer̃ impugnẽ metu principum at eundẽ uis uideri ueri ignorãtiſſimũ. Sic tu uir cõſtantiſſime ignẽ aquæ miſces, & impotẽti omnia calũniandi libidine, dũ nũc huic, nũc illi cupiditati obſeqris, pugnãtia loqris. Quoties excuſas aĩm meũ, quoties eundẽ accuſas? Nunc laudatur animus bonus & pacis amans, mox cõtra cõſcientiã

ſcribo in grām tyrannoꝝ, & Lucianū Epicurūq́ꝫ gero in pectore. Quã uero quadrãt iſta cū ſpiritu Chr̄i quē tibi reclamãte mūdo uindicas?

16 His feliciter abſolutis, accedis ad alterum exēpli gratia propoſitū, an deus aliq́d p̄ſciat contingenter, aliaq́ꝫ q̄ huic adhærent q̄ſtioni. Et hæc Lutherus uult diſcuti a q́buſlibet Chriſtianis, & apud promiſcuã multitudinē tractari. Et rurſus hic inculcas uoces atroces, irreligioſum, curioſum & uanū. At mea uerba ſic habēt, libens pſuaſerim mediocribus ingenijs, in huius generis q̄ſtionibꝰ nō adeo ptinaciter cōtendere. Doctis felicibus & exercitatis ingenijs nō diſſuadeo ſobriã ac religioſam inquiſitionē, nec ultra tñ q̄ ſat eſt. Hæccine tibi uident̄ uſq́ꝫ adeo nō ferenda? At quoties Hilarius diſputaturus de myſterijs ſacræ triadis, deprecatur crimē irreligioſitatis, q̄d res ſupra uires humanæ mentis audeat humanis uerbis attrectare? Nec diſſimilia p̄fatur Auguſtinus, in libros eiuſdē tituli. Iã mihi cōfer, quas argutias ex philoſophis in hãc q̄ſtionem cōuehūt, q́bus placet Scoti ſubtilitas, & aſſeuera de ijſdē rebus ſic eſſe diſputãdū apud promiſcuã multitudinē, quēadmodū illi diſputant. Atq́ꝫ hic rurſus ex tua rhetorica, cuius inſcitiã p̄texis, quo magis deſpicabilē reddas meã Diatribã, hyperbolen & epitaſin uenaris ex collatione ſophiſtaꝝ, de q́bus quū peſſime ſentias id q̄d tui libri declarant, tñ eos propemodū incipis p̄dicare in odiū mei, adeo ut q̄ tua uafricies eſt credã futuꝝ, ut quēadmodū nō iniuſto quidē illo ſed immodice ſæuo libello in ruſticos utcūq́ꝫ pla

calli

caſti principũ indignationẽ, ita debacchando in me recolligas recõcilieſq; tibi theologoꝝ animos quos interim tñ non alio noĩe dignaris, q̃ ſophiſtarũ. Immo iã agnoſcere mihi uideor tela quædã, q̃ ex Lei, Latomi Stunicæq; libris deprõpta in me torſeris. Sophiſtæ inqs ſane melius hic dialecticantur, qñ rhetoricari neſciũt, q liberꝝ arb. aggreſſi definiunt oẽs q̃ſtiones eius. An ſit, qd ſit, qd faciat, qũo habeat, &c. Aequũ Luthere poſtulas, ut in libello, quẽ aduerſus animi ſniam ſuſcepi, & in quo uix totos octo dies collocaui, q quidẽ ſumptus mihi uiſus eſt immodicus, quẽq; in hoc, ut dixi, potiſſimũ ſcripſerã, ut oſtenderẽ me nõ idẽ ſentire qd tu, quicqd eſt q̃ſtionũ apud ſophiſtas, de p̃deſtinatione, de uolũtate, de p̃ſcientia dei, de bono opere de meritis humanis in unã diſputationẽ cõuerrerẽ. Id ſi conatus fuiſſem, qũo cõſpuiſſes ſophiſticãtẽ Eraſmũ? Sed qd egiſſem illis ſophiſtarꝝ argutijs etiãſi maxime callerẽ, quas tu pili nõ facis? Et tamen qd me ſcribis nihil aliud agere in Diatriba, q̃ an ſit liberꝝ arb. ſimilis uerecũdiæ eſt, qua ut partim oſtendi, ſed poſt euidentius oſtenſurus ſum, multa alia nõ ex re, ſed ex cauſæ tuæ cõmodo in me iacularis. Relege meã Diatribã, & p̃fricta frõte aude negare, qd illic definiã liberꝝ ar. qd diſtinctis gratiarꝝ generibus, digeſtis uarijs opinionibus oſtendã cũ qbus opinionibus mihi potiſſimũ congredi fuerit propoſitũ deinde quouſq; uelim hãc tractare materiã, poſtremo qd illic declarẽ, in qua animi parte potiſſimũ ſit liberꝝ arb. & quid poſſit ante grãm & qd agat cũ agẽte in nobis gratia. &

qũo

quõ ſe habeat erga deũ, & laudẽ boni operis, alia-
q; pmulta. I nunc & iacta me nihil aliud attuliſſe
ad diſputationẽ, niſi tantũ hoc, an ſit liberũ arbitri
um. Immo notari merebar potius, q tranſiliens ſe
pta propoſitę diſputationis excurro uſq; ad Adã
nondũ lapſum, & ipſum deũ attingens, nõnihil de
neceſſaria illius & uolũtate & actione. Quanquã
hoc loco, aut ego fallor, aut tu tibi parũ conſtas.
Sic igitur dicis, urgebo igitur hoc libello te, & ſo
phiſtas omnes, donec liberi arbitrij uires & opera
mihi definiatis. At paulo ante dicebas, omnes de
libero arbitrio quæſtiones a ſophiſtis fuiſſe defi-
nitas. Quid exigis ab illis quod fateris ab illis ab-
unde factum? Quur me negas feciſſe, quod ipſa
Diatriba clamitat me feciſſe copioſius q̃ tu præ-
ſcribis? Et hic incandeſcit ſpiritus tuus, teq; polli-
ceris adacturum me ad pœnitentiam æditæ Dia-
tribes. Iſthuc Luthere præſtandum erat, nõ toties
iactãdũ, ne fiat qđ aiunt Græci πρὸ τῆς νίκης ἐγκώ-
μιον. Nam hac tota priore libri tui parte quæſo,
quid aliud q̃ triumphas, inſultas uicto, oſtẽtas tro-
phæa, canis pæana, quum nondum ad aciem no-
ſtram perueneris. Moxq; poſt hanc egregiam pol-
licitationem, uelut aggreſſurus rem, doces nos
dei pręſcientiam deiq; uoluntatem non minus im-
commutabilem eſſe, q̃ ſit ipſe deus, nec ullo impru-
dente aut nolente quicquam omnino rerum acci-
dere, neq; enim præſcientiam illius falli poſſe, nec
uoluntatem impediri, quemadmodum fit in no-
ſed ante tēpus, ſed nondū euicto cui niteris. Nunc
elatus rebus ſecundis audes maius quiddā pollice
ri q̄d eſt in uictoria pulcherrimū, te me iugulatu
rū gladio, planeq́ conuictꝝ, me imprudentē ro-

gare,

gare,qđ tanta prudentia conor aſſerere. Quod ni ſtrennue p̃ſtiteris,interpoſito ſacramento,uis oĩa, q̃ in hoc libro aduerſum me ſcribis eſſe reuocata, rurſus oĩa confirmata q̃ mea Diatriba in te,uel aſſerit, uel quærit. Age Luthere,accipimus conditionẽ,tu uide ne recedas a iureiurãdo. Iãdudũ expectamus iſtã uiolentã argumentationẽ. Fateris, inquis,liberꝝ arb.citra gratiã inefficax eſſe ad ſalutẽ Agnoſco Ergo ſubmota gratia nihil faciet boni. Nihil.Igit̃ non liberꝝ eſt,ſed captiuũ.Fateor. Hic mihi concedis ut liberi arb. uim,quã extenuaui, faciã ſi libet angelicã,tñ euincis nullã eſſe,ſi p ſe nihil efficiat.Et obiter admiſces,liberꝝ arb.ſine gr̃a, nihilo rectius dici liberꝝ,q̃ ſi dicas ignẽ frigidum, aut terrã calidã,qđ ſcholæ uocant oppoſitũ ĩ adiecto.Audi nunc contra.Primũ tu ſemoues gratiã a libero arb.at ego quũ dico liberꝝ arbi.aliqd agere boni, coniungo cũ gratia, cui dũ obtẽperat feliciter agitur,& agit, dũ reſiſtit,meret̃ a gr̃a deſeri,deſertũ nihil agit niſi malũ, qđ hic tu fateris. Eſt igit̃ aliquid qđ agit aliqd, Nec eſt oppoſitũ in adiecto.Quẽadmodũ em̃ liberos hoĩes diſtinguimus a ſeruis,q pariter bello capti ſunt,nõ qđ iam ſint ſuæ poteſtatis, ſed qđ nati ſint ingenui, & ſi poſſint uictorꝝ manus effugere,redeant in naturalẽ libertatẽ.Sic homo cõditus eſt,ut haberet liberꝝ arb.Id tyrannus ſatanas captiuũ abduxit, gr̃a reſtituit,& auget. Nec reiicio ſophiſticã diſtinctionẽ de qualitate hoĩs naturali,qua aptus eſt rapi a ſpũ,mõ illud addas,qua aptus eſt & agere cũ agẽte ſpũ.Ea qualitas ſi(ut dicis)nõ eſt ĩ beſtiis,ſed tr

natura

in hoībus & angelis, agamus gratias deo, q̄ nos
hic a beſtijs ſegregatos, angelis ęquarit. Vides hic
non eſſe oppoſitū̄ in adiecto. Poterā aūt tibi obij
cere titulos ſepulchroꝝ, hic ſitus eſt Annibal, quū
illic non ſit Annibal. Hoc ſatis erat ad excuſandū
abuſum uocabuli. Nunc uide quomodo me ſtrin
gis, Nihil efficit ſine gratia, igiť nihil omnino facit
cū gratia. Hiccine laqueus eſt, quo me capis? An
latinis inefficax ſonat, q̄d prorſus nihil agit? An
idē declarāt facere & efficere? Pharmacū efficax
dicimus, nō q̄d aliquo mō mouet corpus, ſed q̄d p
ficit id, cui fuerat deſtinatū, rurſus inefficax, non
q̄d nihil egerit in corpore, ſed q̄d impar fuerit pel
lendo morbo. Audis uulgo cōquerentes, q̄d quū
omnia fecerint, non effecerint tamen quod uole
bant. Proinde non eſt noua ſignificatio uocis hu
ius, ſed a priſcis hucuſq; obſeruata. Quid (inquis)
eſt uis inefficax, niſi prorſus nulla uis? Vt hic nos
doces latine loqui, ita in diſputatione ſatis cū ſup
cilio negas latine dici, nihil agere qui ſumit ope
rā inanē, q̄a ſic expediebat tuæ cauſæ. Quid igiť
ſibi uult apophthegma Catonis, qui dixit ſatius
eſſe ocioſum eſſe q̄ nihil agere? quid Seneca, quū
ſcribit maximā uitæ partē elabi nihil agentibus?
Ita ne nulla uis eſt pueri trahentis magnā nauem,
quā citra auxilium robuſtioris mouere non poſ
ſet? Omnino uis eſt aliqua, ſed inefficax, ſimul a
gens cū robuſto trahente, quū ſola non poſſit effi
cere quod uult. Hic ſcilicet uiceris, ſi tibi largiar, li
berum arbitriū abſq; gratia non poſſe dici liberū
[illegible]ium, ſi largiar liberum arbitrium non poſſe
accipi

accipi pro naturæ habitu, capaci gratię diuinæ
deniq; ſi largiar, inefficax nihil aliud ſonare, q̃ꝫ q̃,
oĩno nihil facit. Hęc ẽ illa tua uiolẽta uictoria. Mi
hi magis uidet̃ p̃caria, ꝑinde quaſi qs dicat hoſti,
Iugulabo te tuo gladio, mõ abijcias clypeũ, & ne
punctim ferias. Res ipſa loquit̃ Luthere, quãtum
abſis ab illa tua pollicitatiõe. Quid ſupereſt, niſi ut
canas omniũ palinodiã, deſinaſq; meæ Diatribæ
contra iuſiurandũ faceſſere negocium? Si me ſic
teneres, ut hic te teneo, qs ferret tuos triumphos?
Sed alias uacabit triumphũ agere. Nunc curren-
dũ ad reliqua. Quod contendis ſoli deo tribuen-
dũ liberum arbitrium, eo quod ſolus efficiat quæ
cunq; uult, fateor in aliquo ſenſu uerum eſſe, & ta
men non dubitamus angelis tribuere immortali-
tatem, quod ſolus deus dictus ſit immortalis, nec
ueremur hominẽ appellare bonũ aut ſapientẽ, q̃d
ſolus deus dicat̃ bonus aut ſapiens. Nõ em̃ libet
hic tecũ argutari, ſi pugnant inter ſeſe liberꝝ arbi.
& neceſſitate duci, quũ dei uoluntas nihilo magis
ſit mutabilis q̃ ipſe deus, nemo magis agit omnia
neceſſario q̃ deus, qui ſi poteſt aliud eſſe q̃ eſt, po-
terit & aliud uelle q̃ uult. Rurſum ſi huius uolun-
tate metiris omnes hominũ actiones, facis oẽs
æque neceſſarias, quas nunc uis eſſe cõtingentes.
Deinde ſi liberꝝ arbitriũ dici non poteſt, q̃d ex ſu-
is uiribus nihil efficit, ne arbitriũ quidẽ dicet̃, quã
do pro ſuo arbitrio dicitur agere qui libere facit
quod uult, neq; minus erit oppoſitum in adiecto,
quũ dicit̃ liberꝝ arbitriũ inefficax, q̃ quũ tu uocas
captiuum arbitriũ. Vbi ſeruitus eſt, & captiuitas

ibi [illegible]

ibi nec arbitriũ eſt. Quid ꝙ ne uoluntas quidẽ pro
prie dicet̃, quæ nihil eligit, nihil expetit, nihil agit.
Quanq̃ ꝑ me quidẽ licebit aliã uocẽ huic rei tri
buere. Nec ad me ꝑtinent, q̃ hic congeris de lapi
datione, ſi nominemus liberꝝ arb. quũ illi tantillũ
uiriũ tribuamus. Qui bene docet apud populũ eẽ
liberꝝ arb. ſed inefficax abſq; dei gratia, nõ meret
lapidari. Sed ſic eſt tuũ ingeniũ, nihil loqueris abſ
q; tragicis hyꝑbolis, q̃d genus ſunt & illa, de uehe
mentia ignis tartarei, & de ui angelica ſiue diuina.
Nec alia re magis ſtudes uideri ſolus doctus q̃ pa
radoxis & hyꝑbolis, quũ nihil ſit accõmodatius
ad ſeditionem.

49 Nec uideo tñ quid fuerit opus frigidis il
lis ſimilibus de mendico, q dicat̃ locupletiſſimus
q̃d rex illũ poſſit locupletare, & de homũculo im
becillo, aut ſi mauis lũbrico, qui dicat̃ dñs cœli &
terræ, ſi deus illi donare uelit, ita tu, ne recedas a
tragicis, nos de habitu naturali loquimur, q tãetſi
fuerit oppreſſus ui, tñ cõditionis uocabulũ retinet.
Deniq; ſi te tãtopere offendit, liberi arb. nomẽ, q̃d
nihil efficiat ex ſeſe, tolle ſimul & arbitrij & uolũ
tatis uocabulũ, quandoquidẽ nõ eſt arbitriũ, ubi
nihil potes tuo arbitratu, nec eſt uolũtas, q̃ ꝑ ſe ni
hil efficit, ut tu argumentaris. Et multo frigidius
eſt q̃d adfers de titulis principũ, q ſtulte titulos ſi
bi uindicant earꝝ regionũ quas alius poſſidet. Hęc
collatio ſi q̃d ualet, aduerſum te ualet. Omnino
Luthere in hoc capite friges totus, etiamſi tibi
μάλα ὑπερβολικῆ ὑπερβολῆ uideris induxiſſe uim
ignis tartarei. Hæc cõparatio magis quadrabit,

Hic ta

Hic habet ingeniū feliciſſimū ſi careret febri. Quā
q̄ quod ais de igni quem non pateris ignem dici ſi
non urat, non tam uerū eſt q̄ aſſeris. Niſi forte ig-
nis nō erat quo refocillabantur tres pueri in forna
ce Babylonica, & niſi uana eſt illorū opinio, qui pu-
tant primā cauſam in omnibus naturæ rebus prin
cipaliter agere, adeo ut miraculū eſſe negent ſi nō
urat ignis, aut ſi non luceat ſol, niſiquod præter ſo-
litum accidat.

50 Tandē factus ciuilior permittis nobis ut
utamur liberi arbitrij uocabulo in rebus īferiorib⁹,
quæq; nō pertinēt ad ſalutem, uelut in poſſeſſioni-
bus. Atqui in tua aſſertione doces adeo nullum eſſe
liberum arbitrium, ut ne feſtucam quidem moue-
amus e terra, niſi abſoluta neceſſitate, & hic q̊q; cō-
firmas arbitriū quod habemus in rebus inferiorib⁹
dei nutu regi. Nimirꝫ eadē temeritate, cōcedis dici
liberꝫ, q̄d pēdet ab alieno nutu. Si liberꝫ arbitriū ꝓr
ſus eſt nomē inane, & ſi neceſſitate abſoluta geruntꝰ
oīa, quur hic īmutabile dei uolūtatē ſubijcis hoīm
arbitrio: ſed hæc alias. Tandē poſt lōgas ambages
diſputationē tuā redigis in cōpendiū. Si tua, inqs, ꝑ
fatio de ꝟbis dei loqt̄, tota ipia ē, ſi de ꝟbis hoīm,
tota fruſtra ſcripta ē. Ad hoc ita rn̄ſum ē, ut oñderē
uitioſum eē tuū dilēma, quū ſint q̄ neq; prorſus ſint
uerba hoīm, neq; uerba dei, ſed interp̄tatōes uerbi
Dei, de q̄bus aliqñ dubitare fas ē, aut q̄ſtiōes ex dei
ꝟbis erutæ, in q̄b⁹ mł̄tis modis peccat̄, uł quia ſcru
tatio ꝓgredit̄ altius q̄ opus ē, uł quia natura q̄ſtio-
nis ē eiuſmodi, ut plus cōducat ad diſcordiā q̄ ad pi
etatē, qualis eſt illa, in oꝑe bono q̄d ē libero arbitrio

commune, utra cauſa ſit principalis aut ſecũdaria, gratia an liberũ arbitriũ, & pronunciat, quantũ ad eſſe ſubſtantiale, principale eſt liberũ arbitrium, quantum ad eẽ meritoriũ, principalis eſt gratia, uel quia uocatur in dubium, quod iam Eccleſiæ conſenſu receptum eſt, uel quia diſputant ubi non oportet, neque quemadmodum oportet. Necque enim damno diſquiſitiones moderatas hmõi quæſtionum inter eruditos, ſed uulgus arceo ab hmõi conflictationibus. Veluti non expediret apud populum diſputari quæ diſputat Thomas de ſimplici ſtupro, an ſit peccatũ capitale, differens argumẽtis ad utrãque ptẽ facientibus. Hæc ita habere declarat mea clauſula, qua finio totam hanc diſputationem. Proinde tales materias fortaſſe tractare licuerit, in colloquijs eruditorũ, aut etiam in ſcholis Theologicis, quanquã ne hic quidem expedire putarim, ni ſobrie fiat. Cæterũ hoc genus fabulas agere in theatro promiſcuæ multitudinis mihi uidet nõ ſolũ inutile, uerumetiã pniciosum. Malim igit hoc eſſe pſuaſum, in hmõi labyrinthis non eſſe terendã ætatẽ aut ingenium, quã Lutheri dogma uel refellere uel aſſerere. Audis Luthere, theatrũ promiſcuæ multitudinis, audis non eẽ terendã ætatẽ, & dubitas quid ſentiã? Nec interim impingo tibi qđ tu rem ab Eccl'ia definitam, reuocas in contentionem. Et ſi maxime loquutus eẽm de uerbo Dei, reſpondi & in hoc peccari, ſi ſecus quã oportet diſpenſet, Quanquã nobis non cum uerbo dei res eſt, ſed cũ tuis interptatiõibus & aſſertõibus. Nec hic habes quicquã qđ mihi iure obijcias, niſi quod ciuilius tecũ ago quã res poſtulabat.

Hæc

Hæc quum ſint euidentiora q̃ ut negari poſſint, niſi
mirꝛ intelligis quantum uerborꝛ, quantum dilem
matum, quantum dicteriorꝛ, quantum impietatis
& blaſphemiarꝛ incaſſum effuderis. Ego uero tua
dogmata non appello fabulas, ſicuti calumniaris,
ſed aio eos qui tales quæſtiones ancipitibus argu-
mentis tractant apud imperitam mltitudinem, eẽ
ſimiles hiſtriõibus, qui fabulam ſaltãt apud ppſm
ꝑmiſcuum, non omĩbus accommodam. Nec es tã
rudis Latini ſermonis, ut non intellexeris quid ſenti
am, ſed ita tibi propoſitum erat, quemadmodum
Midæ quicquid attigiſſet uertebat̃ in aurum, quic
quid nanciſci poſſes uertere in calumniam. Spera-
rabam iam animũ iſtũ tuum ſaltem exaturatum
conuicijs, ſed modus nullus, oĩa loq̊r inepte & igno
ranter, quod meminerim linguæ quam habet pe-
culiarẽ ſacra ſcriptura ſimul cum tropis. Et tu qui
nihil nõ apte dicis, ſed ſciẽter oĩa, ſic ĩterp̃taris mea
dicta, quaſi coner oſtendere ſcripturarum obſcuri
tatem ex tropis, quum longe aliud agam, uidelicet
quemadmodum diuina ſapientia ſermonẽ ſuũ at-
temperat ad affectus captũq; noſtrũ, itidẽ diſpenſa
tor diuinæ ſcripturæ, ſuam linguam accommodet
ad utilitatem auditorꝛ. Si clamas hoc eſſe rhetorꝛ
commentum, audi mea uerba, ſic habent. Non qđ
huiuſmodi mutationes cadant in naturã Dei, ſed
quod ſic loqui conueniebat infirmitati tarditatiq;
noſtræ. Eadem prudentia decet illos, opinor, qui di
ſpenſandi ſermonis diuini partes ſuſceperunt. Quę
dam ob hoc ipſum noxia ſunt, quod apta non ſint.
Hæc uerba tam dilucida quum habet mea Diatri-

ba,uide q̄ apte q̄ ſcite nobis hic integris calumniam
de ſcripturarum obſcuritate.
Quanq̄ qs hoc cōceſſerit,tropos in lr̄is diuinis ni
hil habere obſcuritatis,ſi mō adſit grāmatica,quum
in Geneſi paſſim torqueant tropi,& in allegorijs ꝓ
phetarum tantopere ſudent eruditiſſimi uiri?
Exagitas &illud,qđ ſcripſi ſatius eſſe,ſi apud im
peritam multitudinē cum Paulo nihil ſciremus niſi
Ieſum Chriſtū,& hūc crucifixū,ridesq; nos ſi creda
mus Paulum apud Corinthios nihil aliud docuiſſe,
niſi has ſyllabas,Chriſtus eſt crucifixus,quæ ſi alius
Luthere diceret,merito cauillator uocaret̃. Sed q̄
es hic inepte ſalſus,tam in altero es impudēs aſſer
tor,contēdēs Chriſtū crucifixum, omia retruſa,oēs
quæſtiones,omnia tua dogmata complecti,omnes
Chriſtianos eſſe perfectos. quos non oporteat
quicq̄ celari myſterioꝝ,ſed Iudæos eſſe pueros,ab
his recondenda myſteria.
Si Chriſtianis ueluti ꝑfectis nihil eſt cælandū,quur
Paulus ait ſe habere ſapiētiam quam loquit̃ inter ꝑ
fectos occulte,cuius nō putet Corinthios eſſe ido
neos auditores,qđ adhuc eſſent carnales,quur non
oībus Chriſtianis cōmunicauit ea quæ audiuit ra
ptus in tertiū cœlū?Quur Galatas fouet lacte,diffe
rens ſolidū cibū?Atq; hic rurſus oblitus es,qđ ante
docuiſti,uerbū Dei eſſe prædicandū omi creaturæ,
nunc fateris Iudæos non eē capaces huius ſapiētiæ,
nec prædicandū niſi inter Chriſtianos. In altero tibi
repugnas,in altero fortiter aſſeueras qđ nemo cre
diturus eſt uidelicet qđ quicūq; docet Ieſum cruci
xum,ſimul doceat,quicqd de libero arbitrio,de pſci
entia

ſciencia, de futuris cōtingentibus, de neceſſitate rerꝝ omnium diſſeritur. Similiter & in tertio reclamabit tibi, quū ais oēs Chriſtianos eſſe perfectos.

ſi Poſthæc in ipſo diſputationis ueſtibulo, mira copia paricꝫ uehementia, tractas q̄d a uobis cupiebā doceri, quibus argumentis nobis poſſit fieri certa fides, te cū paucis uera docere, quū cæcutierint tot eccleſiæ doctores, tot academiæ, tot concilia, & tot Pontifices &c̄. quū ſcriptura ſit utricꝫ parti cōis. Hunc nodū utinā poſſis recte diſſoluere. Nā id ſæpenumero tētaui cū tuis, necꝫ quē q̄ adhuc inueni qui potuerit. Fateor ingenue torſit hic ſcrupus ſerio aīm meū, & ſi cupis, ut dicis, chariſſimū frēm lucrifacere, nihil prius eſt faciendū, q̄ ut hanc remorā amoliaris, patar cōuiciorū tuorꝝ colaphos & alapas, modo pręſtes quod cupio. Longū ſit hic repetere meā orationem ſuper hac re, relegat qui uolet locum in diatriba. Nūc uide q̄ non abſoluas quod miro calore ſuſcepiſti. Statim calūniaris q̄d pręfatꝰ me in hac diſputatōe non uſurū orthodoxorū, aut conciliorꝝ pręſidijs, ſed tātū autoritate diuinæ ſcripturę, quo uitē fruſtraneum laborem apud eos qui nihil admittunt p̄ter ſacras lr̄as, ingenue fateor eſſe uerū. Nec utor illis, niſi forte alicubi in enarratione ſcripturarum. Nam meā expoſitionē protinus reieciſſes priuſq̄ audiſſes totā. Præterea q̄d non iudicem eos ſcriptores prorſum inutiles ad iudicandā cauſam, non inficior. Vt enim primam autoritatē tribuo literis diuinis, ita non aſpernor ſi quid tanti uiri contulerunt ad intelligentiam ſacrorum uoluminum, etiam ſi non neſciam, illos ut homines ali-

cubi labi. Nec uideo cur iſta putaris dicēda, niſi for-
te quoq; hoc credis impiū ac blaſphemū aliq̄d tri-
buere doctoribus, q̄bus tantū autoritatis tot iā ſe-
culis detulit eccleſia catholica, quoꝝ teſtimonia ne
tu quidē grauaris citare quoties commodū eſt. Cæ-
terū q̄d eam collationem ad te totam proprie tra-
his, inique facis, quū ego te noīatim exceperim, ne
uiderentur in te oīa dici, quæ dicebātur in quoſdā
mihi propius notos. Numero, dignitate, & autori-
tate, atq; etiam tp̄e uos inferiores eſſe, res ipſa loqui
tur. Eruditionem, ingenium, ſpm̄, ſanctimoniam,
ſic illis tribui, ut uobis non detraxerim, & odioſam
morū uitæq; cōparationem uitaui, ne quē offenderē.
Quare nihil ad rem attinebat hic te meminiſſe ui-
tæ tuæ, quū ego uitā tuā ne uerbo q̄dē unq̄ attige-
rim. Nec ſum tā impudens, ut hoīs ignoti uitā inſe-
cter, nec tam inciuilis ut ubi de dogmatibus eſt cō-
tentio, uitæ ſordes ac domus latebras in medium
adferā, etiā ſi qua ſcirē rep̄hēdēda. Sic & alias dep̄-
caris auaritiæ, gl̄iæq; ſuſpicionem ἀπολογούμενος
quum nullus accuſet. In iſtis enim patiar te Deo
cauſam dicere, cui ſtas aut cadis. Quod ſi nomi-
nis ſplendor, ſanctimonia, dignitas, autoritas eorū
quos tibi oppono ſic aliq̄n mouit aīm tuum, ut ita-
dem eſſes affectus atq; ego nūc ſum, planeq; deſpe-
rares poſſe labefactari tot modis cōmunitā autori-
tatē, tāto debes æquior eſſe mihi, q̄ ut minꝰ ſapio, ita
minus audeo. Teq; obſecro, ut oñdas nobis, q̄bus
rationibus, iſtū ſcrupū tibi ipſi ex aīo excuſſeris, tā-
tāq; cōcepis fiduciā. Tu q̄dē appellas iudicē deum
teſtatꝰ ſynceritatē tuę cōſciē. Verū hoc agebā: ut in
dicam

dicares uñ nobis cõſtare poſſet, eſſe ꝟa q̃ tui ſibi ar-
rogant, præſertim quũ uideamus eos qui pari con-
tentione ſibi uindicant ſpiritum, tantis de rebus tã
atrociter inter ſeſe diſſentire. Qui facile credit, leuis
eſt corde, meritoq; in nobis deſiderares uirilem
conſtantiam, ſi temere deficeremus ab uniuerſa Ec-
cleſia Catholica, niſi res eſſet nobis certiſſimis ar-
gumentis comprobata. Alioqui metuere debebas
ne parum firmos haberes diſcipulos, ſi tam facile
relictis doctoribus priſcis, in tuam ſententiam ire-
mus, Nec enim hiſce commoueor conuicijs. Nihil
es niſi uox, & quid autem ſit oſtenſio ſpiritus, quid
miracula, quid ſanctimonia, hæc tria ſi a te requi-
ram, quantum ex literis & libris te noui, imperiti-
or & ignorãtior uideris, q̃ ut una ſyllaba queas oſtẽ-
dere, modo tu ſcientiſſimus omnium doceas nos
quod ſcire cupimus. Sed uideris mihi Luthere ſi-
milis plagoſis quibuſdam literatoribus, qui quum
teneram ætatem erudiendam ſuſceperint, ceden-
do, iurgando, conuiciando bonam temporis par-
tem conſumunt. Per tuam omni ſcientiam, ut uide-
tur, non licebit uti receptiſſimis uocabulis, adeo
ut nec ficus liceat appellare ficus, nec ligonem ligo-
nem. Et arbitror te tam ſcite definiturum, quid ſit
ſpiritus, ſanctimonia miracula, ut declares in Ec-
cleſia nec eſſe ſpm̃, nec ſanctimoniam, nec miracl̃a.
Quõ apl̃i declararint ſpm̃ ſuũ, non cognoui niſi
ex actis apl̃orꝝ & ex Euãgelio, niſi qđ in illorꝝ lr̃is ui-
det mihi ſpirare fragrãtia quædã ſancti ſpũs, quã
in multorꝝ ſcriptis non inuenio. Ex ijſdẽ literis co-
gnoui miracl̃a ab apoſtolis ædita, & lego ſequen-
 tibus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tibus ſignis a Deo confirmato illoꝶ ſermonē. Nec
aliјs ueſtigijs deprehēdo ſpiritū, ſanctimoniā & mi-
racula, in aliјs probatis uiris. Spirat qddam in illo-
rum libris, licet longe infra apoſtolos, qđ ſpiritum
& ſanctimoniā illoꝶ declarat. Deinde uitam & mi-
racula didici ex hiſtoriis, quaꝶ autoritatē apud me
confirmat Eccleſiæ conſenſus, qui memoriam illo-
rum tam religioſe colit. Aduerſus tot argumēta,
non multum habet ponderis prouerbium in ſcho-
lis iactatū. Multos in terra pro ſanctis haberi, quo-
rum animæ ſunt in inferno. Hoc dictum quum tu
e triuio hauſeris, tamen mihi pauloante exprobra-
ras, qđ mlta loquar ex uſu & publicis ſermonibus
accepta, quæ mire frigeant, ſi ad iudiciū conſciētiæ
uocentur. Atqui illud agebať, ut quoniam nobis q̄
bus non eſt donata diſcretio ſpirituum, non conſtat
de ueſtra conſcia, ratio quædam oñderetur, q̊ poſſi-
mus tuto fidere ueſtræ doctrinæ, reiecta ea quā tam
to cōſenſu ſequutꝰ eſt orbis Chriſtianus, a tam mul-
tis, tam doctis, tam celebribus uiris traditā. Ex hoc
nodo mltis modis conaris elabi. Primū negas qui-
ꝗ ueteꝶ ædidiſſe miracľa in nomine liberi arbitrii,
ſed in nomie Ieſu Chriſti. Atqui pauloante nos do-
cueras, hoc nomē Ieſu Chrī complecti etiam hęc do-
gmata quæ tu nunc doces. Vnde conſequitur ut ſi
quis ædidit miraculum in nomine IESV, credens
cum illius gratia ſimul operari liberum arbitrium,
in nomine liberi arbitrii miraculum ædiderit. Nec
ego doceo liberum arbitrium non eſſe ſpiritus, ſed
humanum quiddam, quin potius arbitror Apoſto-
los inter perfectos docuiſſe eſſe liberum arbitrium

quo-

quod in nobis ſimul, operet̄ cū gratia dei, ꝑſertim
quū hanc ſententiā ex ipſoꝝ ſcriptis aſſerāt erudi-
tiſſimi uiri. Aperis aliā rimā ad elabendū. Ais il-
los quantūuis ſpūales, aliquando ut hoīes iuxta
carnē ſenſiſſe. Nō repugnamus, ſed qđ obiicis eſt
uobis cū illis cōmune, & redit cōparatio, utris po
tius tribuendus ſit ſpūs, uobis an illis. Nec exigo
a uobis miracula, ſed cæteris paribus, argumen-
tor illis potius habendā fidē q miraculis claruerūt
q̄ꝫ qui nullis miraculis cōmendant̄. Proinde non
æquū facis, ꝙ uiciſſim a nobis exigis miracula.
Neqꝫ em̄ nos ſumus huius noui dogmatis auto-
res, ſed eoꝝ autoritatē ſequimur q ſanctimonia,
miraculiſqꝫ celebres ſunt. Proinde nihilo uerecun
dius a nobis exigis ut miraculis aſſeramus liberꝝ
arb. q̄ ſi qs exigat a theologis, ut miraculis appro
bēt Euāgelii ueritatē. Satis em̄ eſt hoc ſeľ miracu-
lis, & orbis cōſenſu fuiſſe cōprobatū. Cæterꝝ qđ
ludens ais, ab his q aſſerūt exigi probationē nō ab
his q negāt, & rurſus adfers e ſophiſtarꝝ, aut iuriſ-
peritoꝝ ſcholis prouerbiū, negatiua nihil probat
Primū reſpondeo legē iſtā ſophiſticā in decretis ec
cleſiæ nullū habere locū, niſi forte nō cōpelleretur
ad probationē q negaret Chriſtum natum ex Ma
ria uirgine, aut negaret matrem eius fuiſſe perpe-
tuo uirginem. Ad hæc tu non ſolū negas re-
ceptum dogma, ſed aſſeris tuū. Perin̄ quaſi quis
ingreſſus fundū alienū, ui deiiciat eū qui a tritauo
poſſedit, ſic negans eē illius, ut aſſerat eē ſuū, an ab
hoc nō exiget̄ probatio? Immo iura fauebāt poſ-
ſeſſori titulo ꝑſcriptionis, etiāſi qđ defecerit in ꝓ-

batione. Si præſcriptio quinquaginta annorũ re-
pellit uindicatorẽ & cõſtabilit ius poſſeſſoris, nos
plusq̃ mille annis tenemus hoc dogma. Repellen-
dus igitur eras, etiã ſi tãtũ negares noſtrꝫ dogma,
nunc tuũ nouũ ſic aſſeris, ut uelis nos a tã uetuſta
poſſeſſione depellere. Et quãdo uideo uerſari in
rhetoricis, opinor te ſcire, in Anticategorijs quo-
niam intentio coniecturalis a reo retorquet̃ in a-
ctorẽ, ab utroq; pariter requiri probationẽ, qua-
lis eſt illa controuerſia inter cæcũ & nouercam oc
cidiſti patrẽ. Non ego, ſed tu. Hic fit uterq;, reus
ſimul & actor, & ab utroq; iudex expectat ꝓbati
onẽ. Itidem uos dicitis meũ dogma pium eſt, ue-
ſtrũ aũt hæreticum, nos totidẽ uerbis regerimus
intentionẽ. Vides q̃ inepte tibi arriſerit prouer-
bium illud, negatiua nihil probat. Deniq; ſic lo-
queris, quaſi nullusueterꝫ unquam probarit libe
rum arbitrium, quũ ea res tot libris agitet̃ & ho-
die, nec ab uno. Variant, eſto, ſed in hoc conſenti-
unt, q̃d liberꝫ arb. ſit aliquid, quod opitulante gra
tia nonnihil conferat ad ſalutẽ. At non admittis
humanam probationẽ ſine miraculis & autorita-
te ſacrarꝫ literarꝫ De miraculis iam dixi, teſtimo
nio ſcripturarꝫ & illi confirmant ſuã opinionẽ, ſed
illorꝫ interpretationẽ reijcis. Verꝫ eodem iure nos
poſſumus reijcere tuã abſq; miraculis. Proinde,
quod reuolutus ad cõuiica iocoſq;, neq; perſonæ
quam geris, neq; diſputationi tam ſeriæ congru-
entes, prouocas noſtrum Baal, ut ꝑ liberꝫ arbi. uel
unam ranam creemus, uel unum pediculum occi
damus, Primũ ſatis procaciter deũ eccleſiæ, quẽ
tot mi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tot milia ſanctorꝝ adorant, qui ſtatuerunt ac ſtatu
unt liberꝝ arb. Baal appellas, & tuæ congregatio-
ni uerꝝ deum uindicas. Nec interim tamen quic-
quam adfers ad ſoluendam quæſtionem.

ſſ Nihilo magis ad rem faciũt q̃ cõgeris ca-
pite proximo. Flagitas em̃ ut doceamus, qđ nam
opus bonũ ſancti fecerint ui liberi arb. Et hic pu-
tas oẽs nos futuros ranis & piſcibus magis mutos.
Cui nõ erit in promptu uiciſſim rogare, ꝙ opus
bonũ in nobis agat gratia? ſi nominaris, idẽ dicet
fieri a libero arb. Q; ſi mauis reſponſionẽ magis
accõmodã rei, nullus erit tam rudis aut infans, q̃n
ilico reſponſurus ſit, nõ hic agitur de libero arbi.
miraculis aſſerendo aut abrogãdo, nobis em̃ pro
miraculo eſt ſcripturarꝝ autoritas, cũ definitione
eccleſiæ. Quid igiť agiť? Hoc agitur, an conſtãtis
animi ſit, deficere ab opinione, quã tot uiri ſancti-
monia miraculiſq; celebres tradiderunt, deficere
ab eccľiæ decreto, & aĩas nr̃as tuæ fidei cõmitte
re, q nuper cũ paucis exortus es, quũ nec tuæ con
gregationis proceres uel tecũ, uel inter ipſos con-
ſentiãt, imo quũ ne ipſe qdẽ tecũ cõſentias, qui in
hac ipſa aſſertione aliud dicas in principio, aliud
in progreſſu, παλινωδῶμ qđ prius dixeras. Nam
qđ obiter arguis liberꝝ arb. nõ eẽ rem ſpũs, ſed hu
manũ inuentũ, ex eo ꝙ initio cõfeſſus ſum hãc q̃-
ſtionẽ & añ Chr̃m fuiſſe iactatam inter philoſo-
phos, uides opinor, q̃ frigida ſit tua ratiocinatio.
Mũdũ fuiſſe cõditũ docet Plato cũ poetis an ideo
chr̃iani nõ recte aſſerũt mũdũ eẽ conditũ, refellẽ-
tes eos qui docent mundum non habuiſſe intiũ?

Plato docet aīas ſupeſſe a morte corporis, an ideo
nobis nō eſt idē aſſerendū? Philoſophi docuerunt
deū eſſe mentē, ſumme potentē, ac ſumme bonā,
q̄ nusq̄ nō adſit, quū nullo loco poſſit cōprehendi
an nō eadem pie aſſerūt Chriſtiani? Ariſtoteles in
œconomicis docet inter maritū & uxorē oporte-
re mutuā eſſe charitatē ac ꝑpetuam amicitiā, qua
arctior inter hoīes eſſe nō poſſit, an ideo Paulus
male p̄cipit, uiri diligite uxores ueſtras? &c. Alias
ꝙ ſunt innumera, q̄ nobis ſunt cōmunia cū Ethni-
cis philoſophis, nec id eleuat autoritatē dogmatū
nr̄oꝝ, ſed cōfirmat, qđ illi ꝑ lumen naturæ nonni-
hil uiderunt eaꝝ reꝝ, quas nobis tradit ſcriptura
diuina. Sed non credimus philoſophis, niſi cū ſcri-
ptura cōſentiant, fateor, & liberꝝ arb. ex ſcriptu-
ris aſſerimus, perperā inqꝫs intellectis. Ergo de in-
terpretatione cōtentio eſt. Tu neceſſitatē rerum
oīm paulo ante probabas ex Vergilio, & librum
arb. ideo nō putas aſſerendū, qđ a philoſophis tra-
ctatum ſit.

56 Reliqua quāto copioſius proſequeris, quæ
nihil faciunt ad id qđ propoſuerā, tanto plus ue[r-]
boꝝ perdis. Exigis ut tibi deſcribamus formā ac
uim liberi arbi. qd ſit, qd poſſit, qd agat. Atqui ā-
ante cōfeſſus es oīa fuiſſe prodita ſophiſtis, qd ſit,
qd ualeat, qd agat, quō habeat, &c. Videlicet ita
poſtulabat tua rhetorica, ut ibi in odiū mei lauda-
res ſophiſtas, quos cū nusq̄ nō appelles impios ac
blaſphemos, ibi negas illos βλασφημεῖν, quēad-
modū ego facio. Si blaſphemi ſunt, ſi impij, ſi ho-
ſtes Chriſtianiſmi, ſi cæci, quū dogma ſit mihi cū

illis com

illis cõmune, qũo liberas illos blaſphemia, quã in me criminaris? Nos cũ eccleſia deſcripſimus uobis liberi arb. naturã, uim & actionẽ, ſed ea deſcriptio q̃ placet eccleſiæ catholicæ tibi tuiſq; diſplicet. probamus ex literis ſacris, ſed nr̃a interpretatio tibi nõ placet. Tu neceſſitatẽ probas ex Vergilio, & ſacris literis, ſed tua interpretatio nõ placet eccleſiæ. Qũo igit̃ nobis cõprobabis tuũ dogma? Stipulaberis a nobis, ne qd reqramus aut recipiamus, p̃ter literas ſacras, ſed ſic ut tibi cõcedamus, ut eas tu ſolus interpreteris, ſubmotis omnibus. Sic uictoria penes te fuerit, ſi patiamur te nõ diſpenſatorẽ, ſed dñm fieri diuinæ ſcripturę. Porro qđ hic uiris ſanctis & orthodoxis a me laudatis inſultas, haud p̃ter morẽ tuũ facis.

57 Piget tantæ loquacitati r̃ndere, quũ extra cauſam dicant̃ oĩa. Qñ incipies aliqd dicere de tribus capellis? Abſolue collationẽ noſtrã, & indica, utris potius debeam⁹ fidere, tibi, an tãq̃ auguſto ſenatui. Noſtrã orationẽ ferre nõ potes, q nihil ſim niſi uox, & nos Archytæ crepitaculũ ſine fine feremus, tot ſuperuacaneis, tot cõuitijs & inſultationibus radens aures nr̃as? Rurſus hic mihi impingunt̃ mea ſcripta. Admonui ut relictis humanis inuentiunculis adeant fontes diuinoꝝ uoluminũ & nunc mihi cõtrarius, aliud facio q̃ doceo. Qui ſic? Quia ſcribo diatribas, celebro decreta pontificũ, autoritatẽ hoĩm iacto. In diatriba nõ utor, uel pontificũ, uel conciliorꝝ, uel orthodoxoꝝ autoritate ad aſſerẽdũ liberꝝ arb. & ſi feciſſem, aliquanto tolerabilius feciſſem, q̃ ꝙ tu mihi libellũ Me-

lanchtonis

lanchtonis citas, uelut eiuſdē autoritatis, cuius ſint
ſcripturæ canonicæ. Sed in hoc dūtaxat induco
collationem iſtā, ut nobis aperias, quur tibi poti-
us credere debemus q̄ illis. Proinde uides ipſe q̄
ſit impudenter uanū quod addis, me nihil inten-
tatū relinquere, quo uos auocem a ſimplicitate
pietatis Chriſtianæ. In Diatriba non meū, ſed ec-
cleſiæ dogma defendo, uerū abſq; præſidijs eccle-
ſiæ, & defendo e ſacris literis, nō ut cōmentū ho-
minū, ſed ut ſententiā diuinæ ſcripturæ. Et huius
uanitatis manifeſtiſſimæ adeo te nō pudet, ut pri-
oribus ſemꝑ addas īpudētiora. Sic em̄ ex aſſum-
ptis falſis elicis cōcluſionē falſiſſimā. Ex q̊ facile in
telligimus (inq̄s) nec ex aīo te iſta nobis cōſuluiſſe
nec quicq̄ ſerio te ſcribere, ſed inanibus bullis uer-
boꝝ tuoꝝ cōfidis te orbē poſſe ducere quocunq;
uis. Et tn̄ nuſq̄ ducis, cū nihil prorſus dicas, niſi me-
ras cōtradictiōes ꝑ om̄ia & ubiq;. Hæc uere tua
ſunt Luthere, ante cōſtitueras excuſare animū me-
um, nūc de animo mea pronūcias. qđ ne illa qui-
dē ex animo ſcripſi, q̄ iuxta tuam q̊q; ſnīam recte
ſcripſi. Quid aūt impudentius, q̄ me uelle ducere
orbē meis ſcriptis, q ſemꝑ ſolus eē uolui, nec paſ-
ſus ſum ullā factiūculā mihi adiūgi, id qđ tu facis
ambitioſiſſime. Nec huius animi me pœnitet, ma-
lo malo eē ouis gregaria, q̄ dux ſuilli aut hircini
pecoris. Iā quū nihil dicā, niſi meras cōtradictiōes
ꝑ omnia ſecula ſeculoꝝ & ubiq;, tn̄ tu nondū uel
unū locū proferre potuiſti, in q̊ mihi nō conſtem.
Hoc crimē nō prius obijcere debebas Eraſmo, q̄
tu reſpōdiſſes ijs, q tuas cōtradictiōes plurimas e-

cuia

tuis ſcriptis decerptas, tibi libris æditis ingerunt. Addis, ut rectiſſime dixerit q te ipſiſſimũ Proteũ, aut Vertũnũ appellauit. Nonne ſciebã futurꝫ, ut ex maledicis libellis aliqd mutuaueris in me iaculãdũ? Et tñ is quẽ tu ut cõijcio, dicis rectiſſime dixiſſe, tuo Philippo uiſus ẽ furere, quũ illa ſcriberet ꝙ lr̃is q̊cꝫ ſuis teſtatus ẽ. Et ſi rectiſſime dixit ille, tu peſſime dicebas, quũ me ſummũ in theologia faceres. Sed nihil ẽ miri, ſi tibi ex ſumo theologo nũc factus ſum Vertũnus, quũ idẽ q tũ tibi ſcribebar hircus inſignis hærens in uepribus, nunc factus ſim porcus de grege Epicuri.

58 Poſt hęc ridicule repetis nobis noſtrã affirmatiuã, & ueſtrã negatiuã, de q̃ iã añ dictũ eſt, noſ ꝙ uocas ĩſaniſſimos, q dogma de lib. arb. poſtulemus a uobis admitti, nõ ob aliud, niſi qa a multis magnis & antiqs ſit aſſertũ. Quid fingi potuit impudẽtius, quũ ego profitear me in diatribæ cõflictu ceſſurꝫ, niſi teſtimonijs ſcripturarꝫ ꝓbaro qđ aſſero. Ac rurſus hic ſatis ꝓcaciter inſultas Gręcis orthodoxis, qbus miro lẽmate adimis oẽm autoritatẽ, uidelicet, ꝙ ſancti nõnunq̃ errarint ut hoĩes, & oſtẽdis periculũ, ne qm̃ Petrus fuit ſanctus, credamus illũ recte monuiſſe dñm ne pateret. Sic diſputat, qui nihil nõ ſcite, nihil nõ apte dicit. Pulchre ſcilicet Petrus adhuc Iudæus cõfert̃ cũ Petro iam ſpũ ſctõ afflato. Et qũo uideri poſſit hoc recte dixiſſe Petrũ, abſit hoc a te dñe, quũ mox reprehenſus ſit a domino: Vade retro, &c.

59 Et uelut hæc tam ſcite dicta non ſufficiat propoſuiſſe ſemel, addis proximo capite,

qui cũ

qui citant ueterꝝ ſanctorꝝ opiniones ſimiles eē his
q ridiculi grā, garriunt nō oia eē uera q̄ ſunt i e-
uangelio, adferentes illud ex Ioanne, nōne bn̄di-
cimus nos, qđ Samaritanꝰ es & dæmoniū habes?
& rurſus, reus eſt mortis. Quo ruis Luthere, aut
qd tibi uis cū iſtis tuis uere blaſphemis cōparati-
onibus? Qui citat aliquid ex eorꝝ libris, quorꝝ me-
moria tot ſeculis ſacroſancta eſt eccleſiæ, quorum
ſcripta publicitus legunt̄ in tēplis, nihilo rectiꝰ fa-
cit q̄ qui ſcurrant̄, Iudæorꝝ impiorꝝ dicta citātes
ex euangelio? Quoties aūt tu quoq; citas Augu-
ſtini Gregorijq; teſtimonia? Qui minꝰ hæc tua cō-
paratio quadrat in te q̄ in nos? An in his q̄ pro te
faciunt, loquuti ſunt ex ſpū, in his, q̄ cōtra te faci-
unt, ſecundū carnē? Ne poſtula igit̄, ut in cauſa li-
beri arbit. proſit tibi qđ Auguſtinus toties abs te
ſtat (ut iactas, quanq̄ hoc mox falſiſſimū eē doce-
bimus) ne tuā cōparationē in te retorqueamus,
aut ſi in totū adimis illis autoritatē, deſine abuti
illorꝝ teſtimonijs, ſi multa pie, ſi multa p̄clare dixe-
runt, tāetſi lapſi in nōnullis, p̄mitte nobis, ut q̄ bn̄
dicta ſunt utamur, qđ iuris & uobis ſumitis. Sed
iubes ex illorꝝ libris eligi meliora, p̄termiſſis his, q̄
iuxta carnē loquuti ſunt. Elegimꝰ meliora uos inq̄
elegiſtis meliora, ſed nos ea dicimus meliora, q̄ cō-
ſentiunt cū dogmatibus eccleſiæ, uos q̄ faciūt p
ueſtris dogmatibus. Quis hic litē dirimat, utrim-
lius eligant? At hoc inquirebat mea cōparatio, ad
quā tu nondū quicq̄ reſpondes, nec uideris oīno
reſponſurus. Nec tibi uideris hactenus ſatis de-
bacchatus in doctores eccleſiæ probatiſſimos, ni-
diuo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diuo Hieronymo impietatem,ſacrilegium,&blaſ-
phemiā impingeres,eo quod ſcripſit,uirginitas cę
lum,coniugiū replet terrā.Plane impiū ſacrilegum
& blaſphemū eſt dictū,te deprauante. Quaſi inquis
patriarchis,apl̄is,& Chr̄ianis cōiugibus terra,non
cœlū debeat,aut quaſi uirginibus ueſtalibus in gē-
tibus ſine Chr̄o cœlū debeat. Quā nihil tibi frontis
in detorquēdo. An Hieronymus ibi loqtur de uir-
ginitate,quę celebs ē abſq; Chr̄o? An ſic inſanit ut
talibus promittat cœlū? Rurſus an patriarchas ex-
cludit cœlo,qđ habuerit uxores? Quid igitur dicit
In hoc p̄fert ſanctā uirginitatē ſancto coniugio, qđ
cōiugiū in hoc inſtitutū eſt, ut mortale gen⁹ creſce
ret & propagaret̄, iuxta illud. Creſcite & multipli-
camini,& replete terrā,uirginitas aūt q̄uis non au-
geat in terris hoīm numerū,tamen doctrina caſtiſſi
maq; uita, p̄limos attrahit, ac ut ita dixerim,gig-
nit cœlo. Vnde & dominus beatos pronunciat,qui
ſe caſtrarūt propter regnū dei. Ex hoc numero fue-
runt apl̄i, quorum ut aliq̄t legimus fuiſſe uxores,
ita non legimus eos poſt ſuſceptū Euāgelij negoti-
um, uxoribus uſos fuiſſe. Eūdē in tua diſceptatiōe
q̄ irreuerenter tractas,eo qđ ſcripſerit q̄dā ſcriptu-
ræ teſtimonia apud Paulum pugnare, quæ ſuis lo-
cis non pugnant, Hic non ſatis eſt illum uocaſſe luſ-
cioſum,ineptum nugonem,niſi tandem execrare-
ris illius os ſacrilegum. Etiam ſi qd lapſus eſſet Hie
ronymus,poterat excuſari ciuiliter,& ſi non eſſet lo
cus excuſationi,conueniebat errorem modeſte cor-
rigi. Hoc opinor officiū uelles tibī p̄ſtari ſi quid ac-
cidiſſet ſimile. Nunc ſciebas Hieronymum optime

H ſenti-

ſentire de Paulo, nec illud in eo criminari q̃d abute
retur teſtimoniȷs ſcripturaꝝ, ſed q̃d nihil eſſet recon
ditũ in ſcripturis, quod ille nõ accõmodaret ad euã
gelȷ cõ‸pbatiõem. Qui ſic debaccharis in Hierony
mum, non pateris alios, quamuis ciuiliter abs te
diſſentientes.

60 Iam quod dixeram non eſſe credibile, de-
um tot ſeculis diſſimulaſſe tam pernicioſum Eccle-
ſiæ ſuæ errorem, ut nulli ſanctorũ ſuorũ reuelarit,
quod uos euangelicæ doctrinæ caput eſſe conten-
ditis, hoc modo refellis, ſophiſtam agẽs, ut dicas in
nullo ſanctorum, aut in eccleſia quicquã erroris fu
iſſe diſſimulatum, quũ ſancti non ſint niſi qui agun
tur ſpiritu dei, ſpiritus aũt non errat, quumq́; Chri
ſtus cum Eccleſia ſua maneat uſq; ad cõſummatio-
nem ſeculi, ſed huc tendit tua ratiocinatio, ut intel-
ligi uelis, incognitum eſſe qui ſint ſancti, quæ ſit ec-
cleſia, quin inſuper illud conaris perſuadere, ſic De
um moderari res mortalium, ut ibi uideatˀ eſſe ſan-
ctorum eccleſia, ubi non eſt, contra ibi ſit, ubi non
uidetur, Item ſemper habitos pro ſanctis, qui fue-
rũt impȷ, pro impȷs habitos qui fuerũt ſancti. Sed
hæc dum copioſe declamas, quid aliud q̃ confundis
ac ſubuertis oẽ ‸pſus iudiciũ Eccl'iæ, & autoritatẽ
arrogas oĩbꝰ hæreticorum conuenticulis? Negas
conſequi, ſi deus paſſus eſt uiros eruditiſſimos lon-
ga ſerie ſeculorum errare, ſtatim & eccl'iam erraſſe
illam inquam Eccleſiam, quam tu dicis occultam
eſſe nec oſtendi poſſe. Vnde igitur tibi conſtat,
quod Vuicleuus fuerit uir ſanctus, & Ariani fueri
heretici? An ideo ſanctus eſt Vuicleuus q̃d dãnatus
eſt ab

ſit ab eccleſia, quam tu papiſticam uocas? Eadem ratōe dices & Ariū fuiſſe ſanctū, q̄d ab eadē eccleſia dānat⁹ ſit. Hic ſi prouocabis ad ſcripturas, quæro nū defuerint Arianis ſcripturæ. Nō defuerūt, iq̄es, ſed eas perperā interp̄tabāt. Sed un̄ nobis conſtat niſi quod illorū interp̄tatōem reiecit eccl'ia, diuerſę partis approbauit. Idem dici poterat de Pelagio, q tibi quoq; eſt impius hæreticus, nō p̄inde, opinor, q̄d damnatus ſit ab Eccl'ia Romana, q̄ q̄d repugnet tuo dogmati. Veꝝ donem⁹ fieri poſſe, ut gn̄ale cōciliū ſit ita corruptū, ut aut nemo ſit q ſpū Dei agatur, aut ſi q̄s eſt, nō audiat̄, ſed ex maloꝝ opinione fiat ſenatuſconſultū, tamen ꝓbabilius ē illic eē ſpm̄ Dei, q̄ in priuatis conuenticulis, in q̄bus fere dep̄hendit̄ ſpiritus Satanę. Si non poteſt oſtendi Eccl'ia Dei, & tamen oportet eē aliqua certa iudicia, tutius opinor publicam autoritatem ſequi, q̄ huius aut illius opinionē, qui contemptis omnibus, iactet ſuam conſciētiam ac ſpiritum. Si ſatis eſt dicere, habeo ſpiritum, credendū eſt igit̄ multis diuerſa nobis ingerentibus, quum uera non poſſint eē, quæ diſſonant. Quanq̄ ego non hoc agebam, an credēdum eſſet, quicquid ſancti docuiſſent, aut indubitatum eſſet quicquid Eccleſia definiſſet, ſed æquatis cęteris, uolebā hoc ꝓbabili⁹ uideri, q̄d a talib⁹ uiris ꝓbatū eēt, & publica Eccl'ię autoritate cōfirmatū, q̄ q̄d hic aut ille de ſuo proferret. Nec tu tamen audes dicere, q̄ hic ab origine mūdi ſemꝑ fuerit Eccleſiæ ſtatus, ut dicerentur populus Dei q eēnt, alij rurſus eēnt, qui neq; ſancti dicerent, neq; populus Dei, ſed ſic ꝓponis, quis ſcit. Si fateris neſciri, quid

agit tua aſſertio, q̄ conciliorū & orthodoxorū oīm
autoritatē reijcit, ac reſcindit oīa fere ecclīæ decre-
ta. Si nobis conſtaret in ur̄a ecclīa eē ſpm̄ dei, meri
to hanc reijceremus cū̄ ueſtra pugnantē. Nunc quū
fatearis incertū eē ubi ſint ſancti, ubi ſit uera Ecclīa,
quæ non errat, aut incerti fluctuabimus, aut ſeque
mur ea q̄ ueris ſūt ꝓpiora. Qđ āt me ꝓuocas ut ex
Papæ regno uł unū ꝓferam Ep̄m qui ſuo fungatur
officio, aut unū conciliū, in quo ſit aliquid decretū,
qđ faciat ad Chriſtianā religionē, ac non potius ad
prophanas nugas de pallijs, dignitatibus ac cenſi-
bus, qđ ad priorem partē attinet, ut fateor eſſe pau
cos Ep̄os, qui uere agant Ep̄os, ita quoſdam pro-
ferre liceret, in quibus non deſideres pij præſulis of
ficiū, inter quos numero Io. Ep̄m Roffenſem. Sed
hūc protinus reiicies, qđ in te ſcribat, & ideo nihil ha
bebit ponderis tua reiectio. Nec eſt qđ hic clames
me in gratiam illius ſcribere, nihil ab illo cenſus uel
accipio uł ambio, & in multis diſſidet a meis opinio
nibus, nec meis ſtudiis ita mł̄tum tribuit. Poſtremo
quid illo tuo ſimili diſſimilius. Ciceronem Deus ꝑ-
miſit errare in cauſa liberi arbitrii, ideo non eſt diſ-
ſimile ueri ſi quis dicat, qđ Deus permiſerit doctiſſi
mos ac ſanctiſſimos Eccleſiæ uiros ſimiliter errare.
Quid Deus reuelarit Ethnicis philoſophis aut ora
toribus, non excutitur in præſentia, ſed quid fuge
rit illos, qui guſtauerūt ſpiritū Dei, & in diuinis lite
ris mł̄tos annos diligentiſſime ſunt uerſati. An ideo
non aſſequuti ſunt, quia uariant ſentētiis, aut quia
diſputant ſuſpenſa ſn̄ia? Sic nec uos cōſentitis in ue
ſtris dogmatibus. Et hic dicis, qs ſcit? Verū an ideo
Chriſtia

Chriſtiani non conſtantiſſime credūt reſurrectionē corporꝫ, qđ philoſophi ſummi uacillanter de ea diſputant? Addis quod Deus ſanctos ſuos abſcondit, ceu nobile margaritū nō obiiciendū porcis, ne ipi uideat gloriā dei, & tñ euāgeliū đt, ex fructibꝰ eorꝫ cognoſcetis eos. Si arbor bona iuxta atq; mala ex fructibꝰ cognoſcit̃, eſt aliqđ de piis & impiis iudicium etiā in hoc ſeculo, licet certiſſima ſint Dei iudicia. Et hic erat locꝰ diſputādi de cōparatōe fructuū niſi decretū eēt eā Camarinam non mouere.

62 Hic Luthere ſuſpicor mihi rem eſſe cū rhetore, cuiꝰ modeſtiā utinā tu in oībus tuis ſcriptis fuiſſes imitatus, lōge pauciores abs te alienaſſes, aut ſi tibi credimus ab Euāgelio. Tu nullū cōuiciādi modū noſti, neq; quicq̄ omino ꝓbare potes in eo q reſ fragat̃ tuæ ſententiæ, hic tametſi in diſputatōe ſatis ſcurriliter deliciat̃ in Diatribā. Quid agis mea Diatriba, & domina Diatriba, tamē te moderatior eſt, niſi qđ ſtuduit obſeruare decorꝫ pſonæ quā ſuſtinet. Quanq̄ quæ hic diſputat de ſanctis, de Eccleſia, nō multū faciūt aduerſum me, q nō pugnē aduerſus tuā ſentētiā ex illorꝫ autoritate, ſed ex diuinis literis. Cæterꝫ poſita rerꝫ æqualitate, ex qbus tu iudicari uis, & hoīm ſnīa in æquilibrio nutante, quæro an aliqd momenti debeat habere ueterꝫ & Eccleſię autoritas. Hic erat ſcopus diſputatōis meę ad quē oportebat argumēta tua dirigere. Fateris eē eccl͠iam quā allego, fateris eē ſanctos quos adduco, ſed diſtinguis Canonē charitatis quæ fallit̃, & fidei quæ nō fallit̃, quæ diſtinctio huc tēdit, ne quem credamus ſanctū, niſi diuinitus declaratū. Charitas

credit omnes ſanctos qui baptizati ſunt, fides non item. Vt hęc ita habeant, tamē quoniā charitas quę ſperat om̄ia, multis etiam argumentis confirmata credit orthodoxos patres fuiſſe ſanctos, in ancipiti re tantū habere momenti debet, ut in eos ſimus ꝓcliuiores, qui tot ſeculis publico orbis præiudicio commēdati ſunt, q̄ in eos qui non alio nomine cōmendant͂, niſi quod baptizati ſunt. Itaq; ſi uultis illorum autoritatem nihil ualere ad confirmandam opinionē, nec ura, nec ullius omnino ualere debet. Ad electionē melioꝝ iam reſpondi, quemadmodū ad ſcripturæ teſtimonia, quum & electio ſit utriuſq; partis, & interp̄tatio. Proinde nec illa cantilena ad me ꝑtinet, qua dicis quoſdam poſthabito iudicio confuſa uocare om̄ia, aut ꝑuerſo iudicio meliora reſpuere. Vt tales aliqui ſint, tamen non eſt tam male ſuſpicax charitas ut talem opinionē concipiat de ꝓceribus Eccleſiæ, niſi quod præſcribunt manifeſtam præ ſe ferat impietatem.

63 Sed tandem accedis ad nodum quęſtionis. Si, inquis, abſcondita eſt Eccl'ia, ſi latent ſancti, quid cui credemus? & ut tu argutiſſime diſputas, qs nos certos faciet, unde explorabimus ſpm̄? ſi eruditionem ſpectes, utrinq; ſunt Rabini, ſi uitā, utrinq; peccatores, ſi ſcripturā, utrinq; amplectūt͂, ſin ſcripturā iudicē facimus, huius multis in locis īcerta ē interp̄tatio, & utraq; pars ſcripturā ad ſuū trahit ſenſum. Vnde ſequit͂ ut hic Scepticos agamꝰ, niſi q̄d tu, inqs, oīm optime facis, q ſic te dubitare dicis, ut ueritatē q̄rere te & diſcere teſteris. Interim in eā partē inclinās q̄ liberꝝ arbitriū aſſerit, donec ueritas eluceſcat

ceſcat. Finge mihi nullũ eẽ ſenſum genij aut phra-
ſeos, an mihi Luthere putas obſcurꝝ qs hæc ſcripſe
rit? Nõ tam diſſimili uoce ſunt pſitacus & coturnix
An tu unq̃ dicere ſuſtineres ut tu argutiſſime diſpu
tas, cui ignorãter & neſciẽter dico oia? An tu ſic loq
poſſes, niſi qđ tu oĩm optime facis, quũ hactenus tã
petulãter debacchatꝰ ſis in Eraſmũ uelut in Scepti
cũ & in Scepticis deteriorẽ, nimirꝝ totũ Lucianicũ,
& Epicureũ. Rurſus, poſſes dicere. Neq; nihil dicis
neq; oia, qui ubiq; iactas me nihil dicere, neq; qcq̃
adferre ꝑter bullas & ampullas uerborꝝ? Verꝝ hæc
quomõ ſe habeãt nõ ita multum refert.

64 Tãdẽ explicaturꝰ nodũ, facis qđ in ſophiſticis
ſoles calũniari, iducis duplicẽ claritatẽ ſcripturæ di
uinæ, itẽ duplex iudiciũ ꝓbandorꝝ ſpũum. Alte-
rum eſt quo quiſq; ſingulari dono Dei illuſtratus,
certiſſime iudicat & diſcernit oĩa dogmata, de q̃
Paulus. j. Corꝝ. j. Spiritualis omnia iudicat & a ne-
mine iudicat̃. Et hanc appellas interiorẽ claritatem
ſcripturæ diuinæ. Hoc, inquis, forte uoluerũt q ti-
bi reſponderũt, oĩa eſſe iudicio ſpũs decernenda.
Imo noui quendã, cui nõ crediderim hũc adeẽ ſpm̃
quẽ ſibi uindicabat, quum eum cõpererim certiſſi-
mis argumẽtis mendaciſſimũ ſimul & glorioſiſſi-
mũ ac maledicentiæ inſatiabilis Deinde nõ hoc ſen
ſit quod interꝑtaris, quum enim illi fuiſſem hacte-
nus aſſenſus, ut hunc aut illum ſuus ſpiritus redde
ret certum, perrexi quærere, unde hoc mihi conſta
ret, qui non haberem donum dĩudicandi ſpiritus
alienos. Ita fieri, ut quod tu quoq; fateris, illius cer
titudo meam dubitationem non eximeret, ille

reuocauit diſputationẽ ad ſcripturas, rurſus quum obijcerẽ uarias interp̃tationes, nihil aliud r̃ndit q̃ ſpiritus, ſpiritus. Quare ſi tu potes hoc q̃d aggreſſus es diſſoluere, rem nõ mediocrẽ peregeris. Fateris igit̃, hoc iudicium uihil prodeſſe alijs, ſed tantum illi qui hoc ſpiritu prædítus eſt. Alioqui phanaticis omnibus eſſet habenda fides, maiore contentione iactãtibus ſe habere ſpiritum, q̃ illi q uere donum hoc ſingulare poſſident. Oſtẽdis igit̃ & aliam ſcripturæ claritatem, uidelicet externam. Itẽ externam ſpiritus declarationẽ, qua pro aliorꝝ etiam ſalute certiſſime iudicamus de ſp̃ualibus deq; dogmatibꝰ oĩm. Age iã inhiãs expecto certitudinẽ iſtam. Addis hoc iudicium maxime p̃tinere ad duces ac p̧recones uerbi, quos arbitror uel ẽpos eſſe, uł theologos, q ſi inter ſeſe concordarẽt in explicandis ſacris literis, haberemus q̃d certum ſeq̃remur, nũc noſtri præcones aliud docent q̃ tu, & tui ſic inter ſeſe diſſentiunt, atq; adeo tibi fortiter reclamãt. Vbi eſt igit̃ certũ iudiciũ quo etiã in Eccl̃ia probamus, aut improbamus dogmata ex ſacris l̃ris, quę regula ẽ certiſſima, lux ſp̃ualis, ſole clarior? At ſentis ipſe te nihil agere, niſi hoc q̃d aſſumis, quũ ſit cõtrouerſum ꝓbaris, teq; facturꝝ polliceris.

65 Age ſeq̃mur, ſi forte p̃ſtes, q̃d ꝓmittis, certe cupimꝰ. Moyſes dicit Deute. 17. de iudicio deferẽdo ad ſacerdotes, ſi qua difficultas inciderit, quam iudices inter ſe uariantes nõ poſſint explicare &c. Quõ, inquis, iudicabunt de re cõtrouerſa ſc̃dm legem, niſi lex ſit externe clariſſima? R̃ndeo duobus modis, primũ ſi lex fuerat externe clariſſima, q̃buſ-

libet

libet ſenſu cõmuni p̄ditis, quar ipſi iudices nõ ex-
plicabant nodũ, quos probabile eſt nõ ignoraſſe
legẽ, nec ideo dicunt̃ uariaſſe ſententijs, q̄d legem
nõ tenuerint, ſed q̄d cauſa fuerit difficilis. Et ideo
reijcit̃ ad ſacerdotes tãq̄ legis ꝑitiores. Altero mõ
ſic reſpondeo, Moſen nõ illic ſentire de difficulta-
tibus q̄ exoriunt̃ circa q̄ſtionẽ liberi arb. aut ſimi
libus, ſed de craſſioribus, quaꝝ aliquot illic expri
mit exẽpla, uidelicet inter ſanguinẽ & ſanguinem
cauſam & cauſam, leprã & nõ leprã. Porro ꝙ ad-
ducis ad cõfirmationẽ argumenti tui, de legibus
prophanis, ꝑ quas lites cõponi nõ poſſent, niſi eſ-
ſent clariſſimę, cõtra te facit. Nã ut nõ inficiamur
ꝑ leges plurimas dirimi cõtrouerſias, ita manife-
ſtũ eſt in legibus principũ plurimas eẽ tenebras.
Alioq quorſum attinebat tot annis cognitiõi le-
gũ dare operã, ſi tã dilucidæ ſunt ut unicuiq; ſint
clariſſimæ, ꝗ linguã teneat, neq; careat ſenſu com
muni? Inanẽ igit̃ operã ſumpſerũt, ꝗ tot uolumini
bus conati ſunt legũ difficultates explicare. Inep-
tiunt iudices & ſenatus, ꝗ nõ nunq̃ annis aliquot
fatigant̃ in unius cauſæ cognitione. Nõ recte di-
xit ille, ꝗ iuris nodos & legum ænigmata ſoluat.
Nec ualet tua collectio, ſi tanta lux eſt in legibꝰ ꝓ-
phanis, quãto maior eẽ debet in literis, q̄ ꝑtinent
ad æternã ſalutẽ. Primũ maior eſt reꝝ obſcuritas
q̄ tractant̃ ſacris uoluminibus, deinde non impie
dictũ eſt, quũ ab alijs orthodoxis, tũ ab Auguſti-
no, cui tu nõ ſine cauſa multũ tribuis, deũ obſcu-
ritatẽ aliquã data opera reliquiſſe in ſacris literis,
quo magis excitaret nobis ſcrutandi ſtudium.

66 Adducis ex pſalmo. xviij. Præceptū dñi lucidū illuminans oculos. Sed p̄ceptū dicit lucidū nō uniuerſam ſcripturā, q̄ etiā ſi lucida eſt Dauid aut aliis afflatis prophetico ſpū, nō ſtatim diluci- da eſt oĩbus qui tenent grāmaticā, & habent ſen- ſum cōmunem, qđ tu toties affirmas. Rurſum ad fers ex pſalmo. ij8. Declaratio ſermonū tuoꝝ illu minat & intellectū dat paruulis. Accipio teſtimo niū, ſi tales paruulos ſentias, qualis fuit Dauid, & ſup̱ quos requieſcit ſpūs dñi, ſin de quouis q ſciat linguā, multo ſecus habet res. Rurſus qđ citas ex Eſaiæ cap. 8 Ad legē magis & teſtimoniū &c. Nō dicit propheta nihil eē obſcuritatis in ſacris uolu- minibus, ſed minitat̃ illis tenebras, q cōſuunt Phy tones ac uētriloquos. Nā eodē in loco addit̃, nun- qđ nō populus a deo ſuo requirit uiſionē? &c. La tebat Chrs in lege, & tñ uerba legis nō quibusli- bet erant p̱ſpicua q ſciebant Hebraice, ſed a ſcri- bis in lege exercitatis petebat̃ cōſiliū ex lege uelu ti quū Herodes cōſuluiſſet de puero Ieſu, ubi fo- ret naſciturus. Iteꝝ Zachariæ cap. 2. iubet popu- lū ex ore ſacerdotis legē requirere. Pulcherrimus ſcilicet angelus (inqs) q nunciet q̄ tū ipſi ſunt am- bigua, tū populo obſcura. Quin igitur uos Zacha riæ monitis obtēperantes, legē requiritis ex ore ſacerdotū & pontificum? Ad hæc qđ erat neceſſe diſcere legē a ſacerdote, quū quiuis e plebe, q ſci- ret linguā, & haberet ſenſum cōmunē, facile poſ- ſet legē clariſſimā intelligere? Ergo qui iubet le- gē requiri ex ore ſacerdotis, ſignificat eā non qui- buslibet eē perſpicuā, ſed oſtendit idoneū legis in

terpre-

terpretē, Iteꝝ ex pſalmo. 118. Lucerna pedibꝰ me-
is uerbū tuū & lumen ſemitis meis, nō tractat de
ꝑplexis quæſtionibus, ſed de p̄ceptis recte uiuen-
di, q̄ prelucent & indicant, quid expetere, quid fu-
gere debeamus. Et ſi maxime torqueas ad totam
legē, non quadrat in quemlibet grāmatices peri-
tū, quod quadrat in Dauid. Hactenus ex ueteri te-
ſtamento, ſed qualia trecenta poſſis adducere, p-
gis ad nouū ad Romanos ſecūdo Paulus dicit E-
uangeliū in ſanctis ſcripturis promiſſum. Qualis
autē (inquis) teſtificatio ſi obſcura eſt? Si nihil erat
obſcuꝝ in prophetarum oraculis, & figuris legis,
quur umbræ uocantur? Et quur lucē uocamus E-
uangelicā, niſi quod quæ figuraꝝ inuolucris te-
gebantur in lege, per euangeliū ſunt in apertum
prolata? An ibi nihil erat de Chriſto prædictū, qđ
non omnibus eſſet clariſſimū, modo ſcirent He-
braice? Immo nec diſcipuli domini poſt tot ſer-
mones auditos, poſt tot uiſa miracula, poſt tot no
tas & indicia q̄ de Chriſto prophetę p̄dixerāt, in-
telligūt ſcripturas, donec Chrūs illis aperiret ſen-
ſum, ut intelligerent ſcripturas. Iā Paulus ad Co-
rinthios de claritate Moyſi Chriſtiq; diſputās, tā-
tū eminentis claritatis tribuit euāgelio, ut dicat id
qđ claruit in hac parte, de lege loquit̄, ne glorifi-
catū quidē fuiſſe. Quid ꝙ data opera deus uolu-
it uaticinia de Chr̄o nō q̄buslibet eē ꝑſpicua, quē
admodū etiā in terris prædicari noluit ante mor-
tē, qđ eſſet Meſſyas, quod ſic expediebat ad pera-
gendum humanæ ſalutis negocium. Cæterum
ubi iam apoſtoli nunciarent ea eſſe peracta, quæ
ꝓphetæ

prophetæ p̃dixerant, tū & lex collata cū factis erat dilucidior, factūq; eſt, ut & lex aſtrueret fidē euangelio, & euangeliū illuſtraret legis ænigmata. Nimirū hoc ſenſit Petrus, qui propheticū ſermonē ſimilē facit lampadi lucenti in caliginoſo loco, nec oīa reliqua facit tenebras, quū Paulus etiā Ethnicis philoſophis tantū tribuat lucis, ut deū & huius ſempiternā diuinitatē noſſe potuerit. Oīs ueritas lux eſt. Et ab illis plurima uera ꝓdita ſunt, q̃ cū Chriſtianorū dogmatibus cōſentiunt. Ioānes erat lucerna ardens, qđ p̃dicaret uerbū dei. Eadē de cauſa Paulus Theſſalonicenſes mundi luminaria uocat, qđ uerbū uitæ tenerent, at non ideo quicunq; illorū ſciebat grammaticā intelligebat quicquid eſt difficultatis in ſacris literis. Chrūs erat lux mundi, ſed tn̄ in eo latebat diuina natura, neq; ſtatim nos aſſequimur quicqd ē in Chriſto. Iſtiuſmodi teſtimonia ſexcenta poteras uel ex indicibus congerere in quibus luminis mentio.

67 Sed his etiā frigidiora ſunt q̃ ſequuntur. Quid faciunt apoſtoli, dū ſuas p̃dicationes ꝑ ſcripturas probant, an ut nobis tenebras ſuas maioribus tenebris obſcurent? uel ut notius ꝑ ignotius probent? Quando nobis hic deſines ingerere ꝓphetas, baptiſtas, & apl̃os, de quorū ſpū nemo dubitat, & quorū eſt ſacroſancta autoritas. Illi quoniam habebāt intus ſpm̄ magiſtrū, qđ erat obſcurū in literis prophetarū explicabant. Nos de tuo tuorūq; ſpū loquebamur, q profiteris nihil eſſe in ſacris literis, qđ tibi ſit obſcurū, ſi mō grammaticā teneas, exigebamuſq; ut iſtius certitudinis tuæ fa-

ceres

ceres fidē, q̄d adhuc fruſtra conaris. Chr̄s (inquis)
apud Ioannē, iubet Iudæos ſcrutari ſcripturas, de
ipſo loquentes, q̄ ſi obſcuræ ſunt, reddit illos am-
bigos. Immo ſi nihil habent obſcuritatis, quid ſibi
uult illud uerbū, ſcrutamini? Nō em̄ dicimur ſcru
tari ſolē q eſt expoſitus oīm oculis, ſed q̄d abditū
eſt, ſcrutamur. Et tñ quū addit dn̄s, illæ em̄ de me
loquunt̄, multū lucis addidit, indicans ſcopū pro-
phetiæ. Sic in Actis docti monitiq; p̄ Paulū ſcri-
pturas cū his q̄ gerebant̄ ac tradebant̄ confere-
bant, multa nō intellecturi, niſi lucē hanc addidiſ
ſet ap̄ſus. Nos igit̄ non fecimus eas obſcuras, ſed
ipſe deus ſic aliquā obſcuritatē illis ineſſe uoluit,
ut tamē eēt oībus ſatis lucis ad ſalutē æternā, ſi q̄s
intendat oculos, nec deſit adiutrix gr̄a. Nemo ne
gat certiſſimā ueritatē in ſacris libris, ſed ea non-
nunq̄ figurarū & ænigmatū inuolucris obtecta ē,
ut egeat ſcrutinio & interprete, ſiue q̄d deus ſic uo
luerit exercere ſimul & excitare noſtrā tarditatē,
quēadmodū ait Auguſtinus, ſiue q̄d iucundior ē
ueritas & acrius afficit aīos hoīm, quū eruta fue-
rit, & p̄ tenebras inuolucrorū nobis eluxerit, q̄ ſi fu
iſſet oculis quorūlibet expoſita, ſiue q̄d theſaurū
illū ſapiētiæ noluerit quibuslibet proſtitutū. Pro-
inde nihil agis, unū aut alterū locū proferens, q ni-
hil habeat obſcuritatis. Deus creauit cœlū & terrā
Hunc locū proponis ut nihil habentē obſcurita-
tis. Neq; em in uerbis eſt quicq̄ tropi, uel ambigu
itatis. Et tñ uides q̄ hic quoq; ſudarint interpre-
tes, q̄d hic dicat cœlū q̄d terrā, & an ordine crearit
ſingula an ſimul uno nutu oīa. His explicatis re-
ſtat al-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtat allegoriæ nubilū, ut uocat Hieronymus. Di
ces, eiuſmodi difficultatū cognitio nō eſt neceſſa
ria ad ſalutē, idē ſibi uolebat ſpecus coricius, q ti
bi ſtomachū mouit, quū altius ſcrutamur diuinas
ſcripturas, q̃ neceſſe eſt, aut q̃ pro captu nr̄i inge
nij, tū humanæ mētis oculis occurrere tenebras in
q̄bus abſtruſa eſt æternæ ſapientiæ maieſtas, ad
oranda potius q̃ꝫ puestiganda, q̄d idē quū ipe do
ceas alijs uerbis, diſtinguens lumē gloriæ & grã,
me docente impiū eſt, q̄d te docente piū. Verbū ca
ro factū eſt. Quid apertius? Verū nobis, q̄bus ex
plicatū eſt myſteriū, legat eadē uerba Demoſthe
nes ſi reuiuiſcat, nō intelliget. Ac nos quidē filium
dei ſuſcepiſſe naturā humanā, ſcimus & profite
mur oēs. Et tamen multa tractant circa hæc uer
ba, quomodo ſolus filius ſuſceperit hominis na
turā, & quō diuina natura p̱ animā humanā in ca
dē hypoſtaſim adglutinarit ſibi corpus mortale,
& quomodo ex guttula puriſſimi ſanguinis ſpũ
ſanctus finxerit illud ſanctū corpuſculū, araneoli
(ut aiūt) magnitudine, & an aīa Chr̄i ſtatim ut cre
ata infuſaq́ꝫ eſt corpori, fuerit donata beatifi
uiſione, & an deus potuerit illi plus īpartire grãe
imparcit. Hæc aliaq́ꝫ innūera exiſtūt circa hæc u
ba, uerbū caro factū eſt. Idē dicis de articulis fide
q̄s quū nemo hō intelligat, hauſimus ex ſacris lit
ris, utiq́ꝫ clariſſimis, alioqui q poſſumus eos cert
uel credere uel docere? Addis, q̄d faciunt q ad
huc hodie ſacras literas p̄dicant, eas interpretant
ac declarantes? Quæ ſi obſcuræ ſunt, quis nos ce
ros facit, ipſam eoꝝ declarationē eſſe certã? Al

nou

noua declaratio? Quis & illam declarabit? Ita fiet
progreſſus in infinitum. Hæc tu Luthere ſatis
declamatorie, uerū ſi quod doces, ad ſacrā ſcriptu
rā non opus eſt, niſi grāmatica, quid neceſſe eſt au
dire prædicatorē declarantem, & interpretātem?
Satis erat populo qui ſacros libros nō habet, pro⸗
phetam aut Euangeliū̄ prælegere, nec aliud quic⸗
q̄ explicare, q̄ ſi quid forte difficultatis lateat ī uo
cibus. Q, ſi urgeas, q̄d faciant p̄cones Euangelij,
Dicam, Frequenter ex ijſdē uerbis, ut tu, uis uide⸗
ri, clariſſimis, eliciunt diuerſas ſentētias, quaſi ex
eodē ſilice hic ignē excuteret, ille aquā. Nec eſt q̄d
hic reclames, hoc a papiſtis & ſophiſtis carnalibꝰ
fieri, faciunt hoc tuæ cōmunionis præcones, q nō
minus cōſtanter ſibi ſpiritum uindicant q̄ tu. Si ſa
cra ſcriptura eſt undiquaqꝫ clariſſima, unde hæ te
nebræ inter uos, unde tanta de ſenſu ſcripturę di⸗
gladiatio? Tu probas e literis arcanis, in Euchari⸗
ſtia eſſe corpus dn̄i naturaliter, Zuinglius, Oeco⸗
lampadius & Capito, ex ijſdē literis docent eē tan
tū in ſigno. Hoc erat caput huius diſputatiōis, ut
nos faceres certos, te unum uerisſima clariſſimaqꝫ
docere, in q̄bus hactenus hallucinati ſunt ortho⸗
doxi patres, hallucinati ſunt eccl'iæ proceres, q̄rū
iudiciū, ſi nō pateris uſqꝫquaqꝫ certū haberi, certe
patieris taliū uirorū iudicio tantū eſſe ponderis a⸗
pud nos infirmos, ſimplices & imperitos, quantū
eſt tuo, aut Vuicleui. Q, ſi tibi ius ſumis, eccleſiæ
decreta q̄ties cōmodū eſt reſcindēdi, permittes &
illi uiciſſim ut par pari referēs tua reſcindat ac da
mnet. Et ſi putas æquū ut cū tot orthodoxis cedat

eccleſiæ

eccleſiæ ſenatus totus tibi nouo prophetæ ſurgē
ti, cedere debes & aliȷs q̧ poſt te ſurgūt. Hæc argu
mentando tantū dicta ſunto. Sed ꝓſequar oratio-
nis tuæ curſum. Si ſcriptura, inquis, obſcura uel
ambigua eſt, q̄d illā opus fuit nobis diuinitus tra
di? An nō ſatis ſumus obſcuri & ambigui, niſi de
cœlo nobis augeat̃ obſcuritas & ambiguitas et te
nebræ? Hæc ita dicunt̃, quaſi dicā, omnē ſcriptu-
rā eē obſcurā aut ambiguā, quū illic fatear eē the
ſauꝝ æternæ certiſſimæq; ueritatis, ſed q̧ alicubi
retruſus ſit, nec pateat q̧buslibet. Nec ideo ſol ob
ſcurus eſt, ſi nubibus opertus nō appareat, aut ſi
luſcioſus in clara luce caliget. Quanq̄ hæc oīa tibi
dicunt̃ extra cōtrouerſiam, agebā de q̄ſtionib⁹ ꝑ-
plexis q̄ naſcunt̃ e ſacris literis, aliter atq; aliter in
terpretatis. Hic erat proferēda certiſſima tua lux,
q̄ coargueret, totius eccleſiæ cæcitatē. Nā q̄d ca-
uillaris lucē hanc ſemꝑ occultatā fuiſſe in eccleſia
q̄ latet nec habet̃ pro eccleſia, ut hoc tibi donem⁹
q̄d probare nō potes, probabilius eſt ſanctiſſimos
pariter ac doctiſſimos uiros, ad illā occultā eccle-
ſiam ꝑtinuiſſe, q̄ te cū paucis tuis. Nondū igit̃ p̄-
ſtas, q̄d promiſeras, ſed pergis, Omnis (inq̧s) ſcrip-
tura diuinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum &
increpandū & arguendū. Atq; hic mire rhetorica
ris, aut alius potius tuo noīe, tu em̄ non potes de-
cem uerba diſſerere, ſine cōuitȷs, Immo inutilis
eſt Paule prorſus, ſed ex patribus longa ſeculorū
ſerie receptis, & ſede Romana talia petenda ſunt,
q̄ tu ſcripturæ tribuis, quare tua ſnīa reuocanda
eſt, ubi ad Titū ſcribis, epiſcopum oportere poten

tē eſſe

tem eſſe doctrina ſana exhortari , & arguere con-
tradicentes, &c̄. Quomõ, inqs, erit potens, quum tu
ſcripturas ei relinquas obſcuras? hoc eſt , arma ſtu-
pea, & pro gladio tenues ſtipulas? Nõ dubito quin
hæc tibi uideãtur admodũ ſcite dicta, quũ nec ex-
plicẽt nodũ a me ꝓpoitũ, & alioq falſa ſint. Omitte
hic Titos ac Timotheos, quoꝝ alter erat a puero
uerſatus in ſacris lr̃is, uterq; Paulũ hũit p̃ceptorem
ad hæc ſpm̃ de quo nullus ambigit. An hodie nll's
epiſcopus poterit uti ſcriptura diuinitus inſpirata
ad docendũ aut increpãdũ, ſi quibuſdã in locis hæ-
ret? An medicus nihil habet qd̄ cõſulat ęgroto, ſi qs
locus ſit in medicorum libris de quo dubitet? An
non erit potens in ſana doctrina , niſi qui uere ſibi
poſſit arrogare, nullum eſſe locum in arcanis literis,
in quo hæreat? Hoc haud ſcio, an apoſtoli auſi fue-
rint ꝓfiteri. Vñ poſt ãnos mille trecentos eccleſiæ
doctores obturarunt os hæreticis, toties alijs ſuper
alios coorientibus aduerſus ſcripturæ ueritatẽ? An
pugnarũt ſtupeis armis, & ꝑ gladio uerbi dei quẽ
tu uibras habebãt leues ſtipulas? Et tñ illi q tm̃ ua-
luerũt p̃ſidio diuinę ſcripturę, fatẽtur in libris diui-
nis eſſe quędã obſcura, quædã hũanũ captũ excedẽ-
tia. Et unde tãdiu eccleſia ſuſpendit ſñiam de pro-
ceſſione ſpiritus ab utroq;, ſi tãta lux ẽ diuinæ ſcri-
pturæ, ut ad intelligendũ ſatis ſit grãmatices piritia?
Quid ãt mõſtri ſit, ſi quõcũq; incidente in ſcripturis
ambiguitate, nos impiti malimus cõſulere ſedẽ Ro-
manã q̃ Vuittenbergenſem, eãq; diſſentiẽtẽ? Quis
aũt credit eccleſiæ Romanæ ſi ſine ſcriptura pronũ-
ciet? Nec illa ſcripturas interpretatur niſi ex erudi

rorꝫ concilio, tu pro tuo arbitratu interpretaris ex
tuo ſpũ, nobis incognito, ne dicã cognito. Nec eſt
qđ Chr̃s cogatur ad palinodiã ſuæ uocis, Ego da-
bo uobis os & ſapiẽtiam, cui non poterũt reſiſtere
oẽs aduerſarij ur̃i. Quid tu mihi ap̃los obijcis quũ
de tuo agat̃ ſpũ? Quod Chriſtus ap̃lis pollicitus ẽ,
pręſtitit. Tibi nõ ẽ pollicit⁹ neq; quibuslibet, & ſiti
bi q̊q; p̃ſtitit, doce certis argumentis, tibi uni datũ
eſſe, qđ illis tã innũeris negatũ ẽ. Hoc agebat̃, & hic
nodus erat explicãdus, & interim ꝓlixis declama-
tiõibus eximis tp̃s, nec pręſtas qđ polliceris. Non
ego te cõfero cum Chr̃o aut cum ap̃lis, ſed hoiem
incogniti ſpiritus cõfero cũ tot orthodoxis, cũ ec-
cleſię primatibus, de quorũ ſpũ, ut dem⁹ nobis non
conſtare, tñ iuxta tuã regulã, tot retro ſeculis, bonã
de illis opinionẽ habuit charitas, licet fides nihil ap
probet, niſi quod diuinitus fuerit cõmẽdatũ. Et tu
exigis a nobis ut illorꝫ autoritatẽ reijcia⁹, tua dog
mata uelut articulos fidei teneamus. Saltẽ concede
nobis ius ęquale ĩ illorũ & tua dogmata ut de utriſ
que liceat ſuſpẽdere ſentẽtiã. Hæc nõ ex aĩ mei ſen
tẽtia, ſed tui coarguẽdi cauſa dicta ſunto. Tãdẽ ab
apoſtolis & Chr̃o tua decurrit oratio. Quur, inqs,
tu pręſcribis formã Chriſtianiſmi, ſi tibi ſcripturæ
ſunt obſcuræ? Pro me rñdebo, In diatriba nõ p̃ſcri
bo formã Chriſtianiſmi, tãtũ oñdo, q̊uſq; ꝓcedere
debeat ſimpliciũ inq̃ſitio Nec plus tribui uolo me
æ formæ, q̃ ſuis ſcriptis tribui uolũt orthodoxi ca
teri, qbus multa debemus, quæ ad pietatẽ attinẽt.
Hoc ſi tu quoq; fateris, quũ illi fateant̃ obſcuritatẽ
in nõ paucis ſcripturæ locis, aut recanta qđ toties

confeſſus es illos multa recte diſſeruiſſe, aut concede nobis aliqua pro uirili docere, qui tamen non negamus eſſe nobis nonnihil obſcuritatis in ſacris libris. Quod ſi his fidẽ omnem abrogas, quur tuis ſcriptis fidem haberi poſtulas, qui fateris te alicubi hærere, qui nonnunquam uariam adfers interpretationem, haud facturus, ſi nihil eſſet obſcuritatis aut ambiguitatis. Idem accidit tuis, alicubi dubitans, & hæſitans loquit̃ Pomeranus, & Oecolampadius, deniq; ipſe Philippus, cui nihil non tribuis. In hos atq; atq; adeo in teipſum recidunt hęc omnia quæ tanta uęhementia copiaq; in eos detonuiſti, qui putant in ſcripturis aliquid obſcurum eſſe. Poſtremo fateris ipſe, ĩ arcanis literis obſcuritatem incidere ex imperitia uocum, & addes opinor ex deprauatione codicum, ex tropis, ex locis inter ſe pugnantibus. Hoc dato, redeunt huc omnia illa incommoda quæ commemoraſti de obſcuritate. Non enim refert, unde ſit obſcuritas, modo ſit ulla. Hanc certe negare non potes. Quod ſi detrahis omnem fidem ijs qui hærent alicubi, hæres tu, hærent tui quibus uis nos certam habere fidem, nec hærent ſolum uerum etiam ſic inter ſe diſſident, ut tua quoq; fortiter reijciant damnentque, nec alio præſidio, quâm ſacræ ſcripturæ. Hic profer omnem eloquentiæ tuæ diſſimulatæ copiam ac dinoſim, dicturus in teipſum ac tuos, quicquid in nos dixeris. Quod addis enthymema, ſi ſcripturam negas dilucidam, fateris multo minus dilucidos eſſe ſanctos quos adduco, aliqua probabili ſpecie diceres in me, ſi ex his impugnaſſem tuum dogma, nũc

e ſacris literis tecū congredior. Nec in aliud ꝓfero
dotes ac numerꝝ illorꝝ, niſi ut te adigam ad ꝓferen
dum argumētum euidēs, quo ſciamus tibi tuto poſ
ſe credi, & ab illis pie diſcedi. Id quum receperis, ta
men poſt tot colaphos, alapas, & ſputa, nihil nos
doces quod ad rem pertinet.

67 Fateris me nō de tota ſcriptura ſentire, ſed
de locis ex q̄bus oriunt̄ hmōi quæſtiones. Id ſi fate
ris, quorſum ꝑtinuit, tot uerbis ita loqui, quaſi totā
obſcuram dixerim. Verꝝ illud, ut inquis, ad me ꝑti
net, q̄d ego fatear aliq̄d eē obſcurꝝ, tu nullā ſcriptu
ræ ꝑteuis obſcurā eē. Audio, uolo, v̄bū ipiale, at
ego malebā uocē doctoris Q, tu affirmas ego opto
q̄d tu dicis te ſcire, ego diſcere cupio, nec mihi ſatis
eſt hoc aſſeuerari abs te certitudinē efflagito quam
tu profiteris. Doce nos externā ſcripturæ claritatē,
quandoquidē hanc adimis ipſi Eccleſię, Eccleſiæq;
luminibus, ſummoq; cū orbis tumultu tibi uindi
cas. Nec uerum eſt q̄d aſſumis, eccl'iam ex obſcuris
ſcripturæ locis ꝓnunciaſſe de libero arb. licet hu
quæſtōis abyſſum fatear eſſe impueſtigabilē, eoq;
nō altius penetrandū q̄ ſat eſt, ſed mihi ꝑſuaſum ha
beo ueteres & Eccl'iam ex ipſis ꝑ ſe q̄dem claris ſcri
pturæ locis aſſeruiſſe q̄d aſſeruerūt. Nec tamē ſta
tim hac in re autoritas Eccl'iæ interpoſuit ſuā ſen
tentiam, ſed intentis aliquādiu oculis, in ſcripturæ
lucē, tandē perſpecta manifeſta ueritate ꝓnuncia
uit. Fit em̄ frequēter, ut qui e tenebris ꝓdeunt, ni
hil uideant in media luce ſolis, niſi aliquādiu inten
derint oculos, & ꝑ tenebras quædā nō ſtatim uide
mus, ſed intēdentibus oculis paulatim incipiūt no

bis eſſe

biſ eẽ perſpicua, quæ prius erant ambigua, qđ idẽ
accidit in rebus quę ꝓcul abſunt a nobis. Sed ita ci
uilitatis cauſa finxi, interp̃tatõem utriuſq; partis eẽ
ambiguã, ut rebus æquatis, oſtenderes aliquid qđ
nos in medio uacillantes in tuam partẽ inclinaret.
Simili modeſtia uocaui Diatribã nõ aſſertionẽ, &
concludo me ſequi ꝓbabilẽ opinionẽ, nõ qđ am-
bigerẽ de recepta ſnĩa, ſed qđ tua periculoſe ꝓfer-
ret apud multitudinẽ, uł quia ſic ppł's diſcit diffi-
dere decretis Eccłiæ, fieriq; poſſit, ut tandẽ incipi-
at dubitare de certiſſimis articułis fidei, uł quia tu
tum non eſt de receptis articłis apud idiotas in utrã
q; partẽ diſputare, uł quia quæſtio receſſus habet ꝓ
fundos, a qbus arcendi ſunt imperiti, cum his ſatis
ſit tenere dogma qđ tradidit Eccleſia. Nec in hoc
tecũ ſentio, qđ æquas oẽs articulos fidei. Sunt enĩ
qdam tã euidẽtes, ut de his nefas ſit diſputare. Qđ
genus ſunt, Chriſtum eẽ natum ex uirgine, paſſum
ſub Pontio Pilato, qdam tales ut poſt diutinã diſq-
ſitionẽ, tandẽ fuerint publica autoritate compro-
bati, de qbuſdam ne nũc qdem ſatis conuenit. De
perpetua uirginitate Mariæ dubitatũ eſt a nõnul-
lis, donec illis occluderetur os ex ſcripturis, rectius
enarratis. Dubitatũ eſt a ueteribus, an Roman⁹ põ
tifex eẽt uniuerſalis Eccłię paſtor, & licuit donec ac
cederet Eccłiæ decretũ, & adhuc controuerſum eſt
inter ſcholaſticos, an Romani Põtificis autoritas ſit
grauior autoritate ſynodi gñalis. Proinde ſi tuum
dogma uis æque credi, atq; credim⁹ ſymbolũ apłõ
rũ, ꝓfer teſtimonia ſcripturaꝝ æque dilucida, do-
ce tuum dogma, ſtatim ab apłoꝝ tẽpibus una cum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

euãgelio ad nos decurriſſe Igit̃ ut illa certiſſime cre
do, ita mihi dubiũ nõ erat dogma de li. ar. poſteaq̃
de eo ꝓnunciauit Eccl'ia catholica Quur igit̃ diſpu
tas, inquis, tanq̃ rectiora ſequuturus ſi quis doceat,
quur Diatribam appellare maluiſti q̃ confutatio-
nem, quin hortaris omnes, ut meo reiecto dogma
te, conſtanter teneant q̃d tradidit Eccl'ia? Non de-
erãt mihi uocabula, q̃bus & meam diſputationẽ,
& tuum dogma uocarẽ, quæ tibi iam noua nõ ſunt
ſed tentare libuit, an hac ciuilitate uel ſanari poſſes,
uł ad mitius reſpondendũ inuitari. Deniq; uidebã
res hominum plus ſatis exulceratas, nolui mei ca-
lami ſæuitia oleum, ut aiunt, camino addere. Deni
q; ne diſputaſſem q̃dem, niſi tu fabulã hãc ſic euul
gaſſes, ut in textrinis ac ſutrinis nunc paſſim diſpu
tet̃, nullũ eſſe liberꝵ arbitriũ, ſed oĩa mera neceſſita
te geri, & quaſi parꝵ hactenus ꝓfeceris, narrãt hanc
tuam diſputationẽ a Iona uerti in linguã germani
cã, quo textores & agricolas in me cõcites, q̃s con
citatos placare non poſſim, linguæ ignarus.

69 Per oĩa circũactus, tandẽ huc euadis, ut cõ
munẽ ſenſum facias arbitrũ decertantiũ de clarita
te ſcripturæ. Reſiſtũt em̃, ut ais, & q̃ clariſſimis ſcri
pturæ teſtimonijs cõuicti ſunt, ſed cõis ſenſus indi
cat eos nihil habere q̃d merito cõtradicãt. Sic cõfu
tati Sadducęi, obmutuerẽt q̃dẽ, at nõ diſceſſerũt ab
errore. Ineptũ fuerit referre q̃d Sadducęi potuerint
rñdere, nimirꝵ aĩas defunctorꝵ nõ recte dici hoĩes,
deinde nihil abſurdi ſi deus dicat̃ Abrahã, Iſaac &
Iacob, a q̃bus cultꝰ fuerat dũ uiuerẽt, quẽadmodũ
pr̃es ſuperſtites, filijs, nomẽ patrũ retinẽt iuxta cõm

loquen

loquendi uſum, at illic agebat̃ de reſurrectiõe cor-
porꝶ, quę nõ euincit̃ ex hiſce uerbis. Dices, cur igit̃
obmutuerũt? qa uirtus diuina erat in uerbis dñi, q̃
credẽtiũ animos attrahebat, impiorꝶ conſcias pcel
lebat. Verꝶ hæc extra rem. Ergo ſi tu quoqꝫ uis no
bis os obturare, ut hiſcere nõ audeamus, pfer ſilia
e ſcripturis teſtimonia, oñde nobis ſpiritũ in te lo-
quentẽ, cui ſi tentemus repugnare, ſenſus oĩm com
munis dãnet nos, te pbet. Atqui plurimi & hodie ti
bi reclamãt qui uident̃ habere ſenſum cõem, & or
thodoxis illis pr̃ibus, totiqꝫ populo Chriſtiano, qs
neget fuiſſe ſenſum cõem? Tibi tuiſqꝫ pbabilius ẽ
deeẽ ſenſũ coẽm, tibi qui tanta maledicẽdi impo-
tentia debaccharis in eos, qui uł communicãdi gr̃a
dogmatibus tuis contradicũt, tuis, q addicti factio
ni immodico tui ſtudio pbant quicquid docueris,
ἀυτὸς ἔφα, Si puoces ad ſpiritum, rurſus exigo ſi-
gnum euidens. Reliqua quæ adducis tranſilio, quã
do nihil faciunt aduerſum me. Nec de Iohãne Huſ
ſo meum eſt iudicare, habuit ſuos iudices apud ho
mines, utinã miti⁹ inueuerit iudiciũ apđ deũ. Illud
tm̃ dicam, me minus male ſenſiſſe de hoĩe, priuſ-
quam deguſtaſſem librum quem conſcripſit in Põ
tificẽ romanũ. Qui cõuenit tã operoſa maledicẽtia
cũ ſpũ Chrĩ? Nec hic ad rẽ facit, q̃lis fuerit Papa q
dãnauit Huſſũ, mihi ignot⁹ eſt, & hñt Papę ſuũ iudi
cẽ, cui ſtãt aut cadũt. Illi mei iudices ſunt, nõ ego il
lorꝶ. Porro qđ ais q̊ſdã fingere ſimplicitatẽ, q̊ ex-
cuſatius reſiſtant cognitæ ueritati, dicẽtes. Homo
ſum errare poſſum, doceri cupio, moxqꝫ ſubijciũt,
non eſt mihi ſatisfactum. Vim facit ſcripturis, &c̃.

 ſiue

ſiue hoc in me dictum eſt ſiue in alios, ego me certe ex illorꝝ numero eximo q̄ ſciētes ac uolētes repu-gnāt cognitæ ueritati, p̄ſertim in articulis fidei. Tu quō q̄d facis excuſes uideto. Sed nihil adhuc audio q̄d nodū diſſecet, q̄ nobis euidēter tuum ꝓbes ſpi-ritum. Verꝝ ita mecū pugnare uideris, quēadmo-dum canis ille, ab Albaniæ rege dono miſſus Ale-xándro, pugnauit cū elephāto. Is em̄ arte circūſili-ens & allatrās hac atq̨ hac delaſſauit beluā, crebro rotatu adigēs in uertiginē, atq̨ ita deiecit. P̄mos ingenio doctrinaq̨ præſtātes, dignitate, quoſdā eti am miracl̄is ac martyrio claros fuiſſe q̄ tuū dogma reijciūt non negas, fateris & ſanctos fuiſſe, uł donas potius & nos accipimus, iam cauſam facimus cęte ra æqualē, reſtat in hoc ſtatu, ut euidētiſſimū profe ras argumentū, quur a uobis talibꝰ potius ſtare de beamꝰ, q̄ ab illꝭ talibꝰ, ne repetamus totā collatio-nē. Excuſas illos q̄d forte reſipuerit ān mortē, alioq̨ qui dānandi. Id uериſıl̄e nō eſt, q̄ tot uolumibus cō ſtanter eadē ſenſerint, ſub mortē mutaſſe ſn̄iam. At Bernardus moriturꝰ dixit. Perdidi t̄ps, quia perdi te uixi. An hoc erat canere Palinodiā? Quis ſancto rum hæc nō dixit? Hæc uox eſt modeſtiæ, nō pali-nodiæ. Sacræ ſcripturæ tam expoſitā claritatē nō-dū ꝓbare potuiſti, & de hoc mox aliq̄d attingemꝰ, & ſi probaſſes, probabilius eſt te cæcutire q̄ illos. Si ſpiritum alleges, in illos pronius ē charitatis iu-diciū, ut largiamur nō eē certū. Si electionē potiorꝝ cōſentaneū eſt illos cum Eccleſia quæ potiora ſunt elegiſſe. Si ſenſum cōem, propenſior eſt in illos opi nio ſenſus communis. Si reſpōdeas nō eſſe mirum

uiros

uiros ſpūales aliquando iuxta carnē ſenſiſſe totidē
uerbis reſponſum tuū in te retorqueri poterit. Si
reſpondeas mundū eē regnū Satanæ, eoq; nō mi⸗
rū tot tantoſq; uiros tā longa ſeculoꝝ ſerie excæ⸗
catos, nō uidiſſe lucē ſcripturæ, totū hoc multo ꝓ⸗
babilius in te retorquebit. Nā & tu carnē circū⸗
fers, & ī cōmuni mūdo uerſaris, in quo regnat ſa⸗
tanas.

70 Nec expediūt te ex anguſtijs q̄ multa ſub⸗
nectis de excæcatis in gloriā liberi arbit. de his q
audientes nō audiunt, & intelligentes non intelli⸗
gunt, q̄ magis in te quadrant, q̄ in eccleſiæ lumi⸗
na. Neq; cōuenit huic loco, quod tu tecū cōparas
Chriſtū, diſcipulos tuos apl'is, doctores ac princi⸗
pes eccleſiæ Iudæis, quodq; tuā doctrinā uocas
lucē, patrū & eccleſiæ decretū tenebras. Si nos ur⸗
gere uis collationibꝰ, alias tibi q̄rere oportet, iſtas
nō recipimus. Multo ſtultius adducis hic Arianos
& philoſophos. Arianos iudicauit eccleſia, & eius
ſententiā approbas. At eadē dānauit tua dogma⸗
ta, & tamen hic nō grauo te autoritate eccl'ię. Ni⸗
hil nobis cū Iudæis, q Chriſtū agnoſcimus ſerua⸗
torē. Errauerunt & eruditiſſimi philoſophi, quaſi
ego ſcripſerim eruditos, magno ingenio ꝑditos,
nō poſſe cæcutire. Ex una particula nectis enthy⸗
mema, collige aceruū coniecturalē, & hinc oſten⸗
de tibi potius fidendū q̄ illis. Quam uero ſophi⸗
ſticū illud, Negas eē uerꝫ, q̄ dixi ſcripturā aliquo⸗
ties nō percipi ob imbecillitatē humani ingenii.
Nihil (inqs) aptius capiendis uerbis dei imbecilli⸗
tate ingenii, propter imbecilles em̄ & ad imbecil⸗

les Chrs & uenit & mittit v̄bū dei. Si ibecilles uo
cas, ut ego ſentio rudes, & iſirmos, q̄les erāt Gala
thę aut q̄les mltos uidem⁹, nec hūanis aptos diſci
plinis, qn a talibus potius petimus ſcientiam ſcri
pturaꝝ, q̄ ab eruditis Theologis, aut q̄ abs te, q
tantam ſcentiam tibi uindicas? Sin appellas imbe
cilles, modeſtos, ac morigeros ſpiritui ſancto, tecū
ſentio, ſed hanc imbecillitatē mirum q̄ in tuis ſcri-
ptis deſiderē. Perinde quaſi rem oēm geſſeris de-
xtro Marte, properas ad metam diſputatiōis, ſed
anteq̄ id patiar, pauca dicam de ſcripturaꝝ obſcu
ritate, quanq̄ ſuper hac re ſatis ante dictum arbi-
tror. Etenim niſi doces, eas eſſe ſole clariores, mo-
do detur grammatices peritia, fateris te nō poſſe
nodum explicare de probatione tui ſpūs. Hic ſi ti
bi decantem, quantopere ueteres omnes querant
paſſim de ſcripturæ difficultatibus, quantū deſu
dent in explicanda Geneſi, quantā caliginē Hiero
nymus uiderit in initijs & poſtremis Ezechielis, q
ties hæreat Auguſtinus, reſpondebis nō eē mirū,
ſi in ſole impingant luſcioſi, & ſi tibi protulero il-
lud e pſalmo. Abyſſus abyſſum inuocat, qd Au-
guſtinus ac Hieronymus interpretantur de cali-
gine myſticæ ſcripturæ, Item illud, Dies diei eru-
ctat uerbū & nox nocti indicat ſcientiā, qd expo
nunt ſimiliter.

47 Rurſus illud ex Ezechiele de torrente cu-
ius aquæ ſic intumuerāt, ut tranſuadari non poſ-
ſent. Itē ex pſalmo decimoſeptimo. Et caligo ſub
pedibus eius, adducitur & hic ſenſus de profun-
ditate ſcripturarum, Iterum in uerſiculo, poſuit te

nebras

nebras latibulū ſuū, Hieronymꝰ interpretat̃ Chriſti natiuitatē nobis eē obſcuram, quā tu uis eē clariſſimā. Itē illud, tenebroſa aqua in nubibus aeris, interpretant̃ de obſcuritate ſcripturarꝫ. Aliaq́ȝ ſimilia teſtimonia ſi proferā, adferes mihi nouam interpretationē, reiecta ueterꝫ expoſitione, ac ſcripturam ad tuæ cauſæ cōmodū detorquebis. Verꝫ illud uelim expedias, Si linguæ peritia, ſenſuſq́ȝ cōmunis ſufficit ad ſcripturæ ꝑſpicuā intelligentiā, quid Pauli tēpore fuit opus prophetis, apud eos qui linguis loquebant̃: Paulꝰ diuerſa facit dona, linguarꝫ & prophetiæ donū longe facit eminentius dono linguarum. Hoc euidenter arguit, eē quiddam in ſcripturis reconditum, qđ non ſit cuiuis dilucidū, qui linguas teneat. Rurſus ſi uerū eſt quod tu dicis, ſi qui dei ſpiritum habet, nihil ſentit obſcuritatis in ſacris uoluminibus, quur q prior prophetabat iubetur tacere, ubi ſurrexerat alius propheta, cui fuerat reuelatum: Plures habebant donum prophetiæ, & tamen quod huic erat dilucidū, alijs fuit obſcurum, propterea quod non omnibus omnia largiatur ſpiritus, ſed diuidat ſingulis pro ſua uoluntate. Proinde mira eſt tua felicitas, qui profiteris nihil eſſe in ſacris literis, quod tibi non ſit clariſſimū. Et poſt auditas prophetias Paulus uult iudicari q̃ dicta ſunt, Prophetę (inqt) duo aut tres dicāt, cęteri taceāt. Deinde inter dona ſpiritus refert & diſcretionem ſpirituum. Hæc arguunt ſcripturam non tam eſſe quibuſlibet obuiam & expoſitam quam tu uis uideri. Rurſus ait, uidemus nunc per ſpeculum & in

ænigmate.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ænigmate, tũc aũt facie ad faciẽ. Audis ænigma,
& tu mihi p̄dicas clariſſimã claritatẽ. Fide uide-
mus, & fidei lux eſt in diuinis literis. Et inibi, Ex
parte cognoſcimus, & ex parte prophetamꝰ. Ac
mox, Nunc cognoſco ex parte, tunc aũt cognoſ-
cã, ſicuti cognitus ſum. Prophetiã Paulus appel
lat ſcripturæ myſticæ interpretationẽ, eã quur fa
teẽ impfectã, ſi nihil nõ eſt clariſſimũ? Et ſi Paulus
agnoſcit hic impfectũ quiddã, ubi ſunt, q nuncia
ctant omniſcientiã? Velim ut ſaltẽ hũc locũ nobis
reddant dilucidũ, ſicut cognitus ſum. An quiſq̃
eſt q ſic cognoſcit aut cognoſcet deũ, ſicut cogni-
tus eſt a deo? Puto hoc ipſi deo propriũ eẽ, ut ſeip
ſum cognoſcat pfecte. Legebat eunuchus Eſaiã,
haud dubie peritus linguæ, & tñ ſenſum latẽtem
nõ intelligebat. Iã epl'as (opinor) Pauli nũeras iter
ſcripturas ſacras. Atqui de his ſic pronũciat Pe-
trus, Chariſſimus frater nr̄ Paulus ſecundũ datã
ſibi ſapientiã ſcripſit uobis, ſicut & in oĩbus epiſto
lis, loquẽs in eis de his, in qbus ſunt quædã diffici
lia intellectu, &c. Reſpondebis, erãt difficilia rudi-
bus. At tu nihil requiris, niſi peritiã grãmatices.
Si dixeris illis defuiſſe ſpm̄, q̃ſtio redit in orbẽ, Si-
quidẽ hoc pollicitus es te probaturꝫ nobis tuũ ſpi
ritũ. Sed hinc quoqꝫ facile elaberis, ſi mõ probaris
qđ aſſumis, dices nos obſtinata malicia oppugna
re cognitã ueritatẽ, quẽadmodũ faciebant phari-
ſæi. Quis aũt cõprehendat eũ, cui tot ſunt parati
cuniculi p quos effugiat? Age ueniã ad eos, qbus
tu tribuis ſpm̄, quẽ (ut ſcribis) hauſerũt ex tuis li-
bris, unde tanta in horꝫ ſcriptis diſſenſio? Si idẽ ſpi

ritus

ritus agit oẽs, quũ tractent eandẽ ſcripturã, nõ po
teſt eſſe tã ꝑſpicua claritas, ut ſufficiat linguæ peri-
tia, & ſenſus cõmunis. Sed dices Zuingliũ & Oeco
lampadiũ amiſiſſe ſpm̃, poſteaq̃ in te cœperũt ſcri
bere, Philippus Melanchthon nõne in ſuis Cõmẽ
tariolis aliqñ cũctanter loquit̃, & ſuſpendit ſentẽ
tiã? Atqui hoc negas eſſe fas in ſacris literis, in q-
bus ꝑſpicua ueritas eſt aſſerenda fortiter. Oecolã
padius nondũ abs te diſſentiens, nõ negat obſcu-
ritatẽ eẽ in Eſaia, ſed ſat habet, ſi adimat deſperati
onẽ pio ſeduloq; Lectori, & in p̄fatione adeo non
profitet̃ ſe nihil nõ explicuiſſe, ut fateat̃ ſe fruſtra
conatuꝝ fuiſſe, ni cõmentarijs Hebræoꝝ fuiſſet
adiutus, Interim aliquanto reuerentius loquẽs de
Hieronymo q̃ tu, q talem uirũ blaſphemũ & ſa-
crilegũ facis in hoc tuo libro, nũeris oĩbus abſolu
to. An Pomeranus ſic abs te laudatus in enarrã-
dis pſalmis nõ alicubi ſcepticus eſt, & ſuſpenſo gra
du ꝑ ariſtas (ut ais) incedit? Veꝝ de alijs fortaſſis ĩ-
uenies qđ tergiuerſeris, urgebo te tuis ipſius di-
ctis, nũc iniuria eſt, ac blaſphemia in ſcripturam ſa
crã, ſi quis illi tribuat aliqd obſcuritatis, hoc para
doxũ uide q̃uo conueniat cũ tua p̄fatione in pſal-
mos. Sic ibi loqueris. Pſalteriũ profiteor, &c. Ve-
rũ ita profiteor, ut nolim ab ullo id de me p̄ſumi,
qđ nullus adhuc p̄ſtare potuit, ſanctiſſimoꝝ & do
ctiſſimoꝝ, id eſt, pſalterium in oĩbus ſuo legitimo
ſenſu intelligere & docere. Sat eſt aliquot, & eoſdẽ
ex parte intellexiſſe. Multa ſibi reſeruat ſpũs, quo
nos ſemꝑ diſcipulos habeat, multa ſolũ oſtendit,
ut alliciat, multa tradit ut afficiat, & ut B. Augu-
ſtinus

ſtinus p̄clare dixit, Nullus unq̄ ita loqutus eſt, ut
ab oībus in oībus intelligeret̄, multo magis ipſe
ſpūs ſanctus, ſolus oīm ſuorꝫ uerborꝫ intelligentiā
habet. Quocirca ingenue me cōfiteri oportet, me
ignorare legitimā habeā nec ne intelligentiā pſal-
morꝫ, &c. Rurſus aliquāto inferius, Quid ergo re-
liquū, niſi ut mutuū iuuemus, labentibus, tanquā
uel ipſi lapſi uel lapſuri ignoſcamus. Rurſus inibi,
Scio eē impudētiſſimæ temeritatis eū q audeat ꝓ-
fiteri, unū librū ſcripturæ a ſe in oībus partib⁹ in-
tellectū. Quin qs audeat p̄ſumere unū pſalmū ro-
tūde ab illo intellectū? Immane q̄tū diſſonat hæc
oro Luthere, a paradoxo, q̊ tāta aſſeueratiōe do-
ces ī hoc libello, de mira claritate ſcripturæ, q̄ niſi
cōcedat̄, oīa uertent̄ in caliginē, neq; quicq̄ erit in
rebus hūanis certi. Quis credat eē eundē hoiem q
hæc ſcribit enarraturus pſalmos, & q nūc prouo-
cat uniuerſos ut uel unū locū proferant, q tibi ſit
obſcurus. Quorſum uero nūc attinet, e tuis cōme-
tarijs decerpere locos ubi profiteris te deſtitutum
ab interpretibus inter ipſos uariātibus, animi tui
ſomniū ſequi. Rurſus ubi fateris te prorſus nō in-
telligere, quō uerſus cū p̄cedēte cohæreat, ac tuā
opinionē delirationē uocas. Hoc in pſalmo. 17. in-
ibi dicis, eccl'iæ doctrinā eē ſupra captū hūanū, &
hic ſufficit grāmatices peritia. In pſal. 19. hūc in mo-
dū loquetis, Expoſuimus hūc pſalmū ꝓ exēploꝝ
dei de rege quocūq;, nec dū certū an legitimū ſen-
ſum attingerim, mox interp̄tationis tuæ iudiciū
reijcis in lectorem. Iterꝫ in. 20. fateris te incertum
de ſolo ne Chriſto, an de quouis rege debeat in-
telligi

telligi, & mihi obijcis Sccpticã Theologiã, qui nõ
auſim de ꝑplexis difficultatibus ſcholaſticaꝝ q̃ſti
onũ pronũciare. Vbi tũ erat ille Stoicus aſſertor?
ubi ille Omniſcius? Mihi dicis, nõ ſic ſuſpenſe loq-
tur, niſi Lucianus & Epicurus, & tu in opere ma-
xime ſacro eodẽ mõ loquẽs, ignoſcis tibi. In calce
huius libri tui dicis, penes nullũ uolo eẽ iudicium,
ſed oĩbus ſuadeo ut p̃ſtent obſequiũ, & in pſalmo
iudiciũ defers lectori. Quomõ in his tibi conſtas,
qui me Proteũ facis? An tũ tẽporis nondũ habe-
bas ſpm̃? Non dices opinor. Vtinã autẽ in ea mo-
deſtia pſeueraſſes. Ibi ueteres Orthodoxos, ſanctiſ
ſimos & eruditiſſimos patres appellas, hic me ri-
des, qui tribuam illis ſanctimoniã, ipſe cæcutien-
tiam, ignorantiã, immo blaſphemiã & ſacrilegiũ
impingens, nec aliter excuſas eos potuiſſe ſeruari
q̃ ſi uel ſecus ſenſerunt atq; ſcripſerunt, uel erro-
ris pœnituit ante mortem. Porro quum internã
claritatem ſic requiras ab omnibus chriſtianis, ut
ſine hac non facias illis ullã ſpem ſalutis, quid aliud
cenſebimus, niſi illos omnes periſſe, qui tam ne-
ceſſarium articulũ fidei non dicam ignorarint,
ſed impugnarint, profligantes neceſſitatem, ac li-
beꝝ arbitrium profitentes. Ego toties uocor blaſ
phemus qui dubitẽ ac diſputem de tuo dogmate
& obſcuꝝ putas, quid de illis eadem ſententia ꝓ-
nuncies? Et hic rurſus nouũ Paradoxon. Qui ſpi-
ritum habet ei nihil obſcurum, qui non habet, ne
iota quidem unum intelligit. Nil mediũ eſt. Quiſ
quis igit̃ profitet̃ ſeſe dubitare alicubi in ſcriptu-
ris, aut ſpiritũ habet, & mentit̃ eẽ obſcuritatem

quum

.J8

quũ nulla ſit, aut nõ habet, & ne iota quidẽ unũ in-
telligit. Tertullianus inſignis eccleſiæ doctor, po-
ſtea in Montani dogma prolapſus, diſceſſit ab ec-
cleſiæ cõmunione. An is amiſſo ſpũ, ne iota quidẽ
intelligebat? Sed interpretaris nõ intelligit, id ẽ, nõ
ſentit, nõ afficit. At nos agebamus de certitudine
doctrinæ non de ignoto hoĩs affectu, de quo fate-
ris neminẽ certo pronunciare poſſe, præter unũ
deũ. Etenim quũ iuxta Paulũ ſint ſpũs impoſtores
& angelus Satanæ ſeſe transfigurat in angelũ lu-
cis, falli poteſt & is, q ſe credit agi bono ſpũ. Q. ſi
totã intelligentiã diuinæ ſcripturæ tribuis diuino
ſpũi, quur excipis ſolã imperitiam grammatices?
An in re tãti momenti ſpũs patiet̃ grammaticam
obſtare ſaluti hominũ? Qui non grauat̃ impartiri
tantas diuitias æternæ ſapientiæ, nũ grauabit̃ im-
partiri grammaticã & ſenſum cõmunẽ? Blaſphe-
mus eſt in deũ, q uel tantillũ tribuit libero arb. &
tu pius es, q tantũ tribuis grammaticæ, ut ſola te-
nebras inducat clariſſimæ luci ſcripturaꝝ? Qui q
runtur eẽ tenebras in ſcripturis, haud quaq̃ negãt
eẽ clariſſimas ipſi ſpũi, q ſcripturaꝝ eſt autor, ſed
has tenebras imputant imbecillitati naturæ hu-
manæ, qđ quũ apertiſſime profitearis in p̃fatiõe
tua, quã mõ citaui, hic fortiſſime negas, affirmans
nihil eẽ capacius diuinæ ſcripturæ, q̃ imbecillita-
tẽ humanã. Cæteꝝ ut urgeamus hoc qđ agebat,
doce qbus argumentis nobis cõſtare poſſit, te ſpi-
ritũ habere magiſtrũ, nec falli in enarranda ſcrip-
tura, quũ in hac hallucinati ſint oẽs eccleſiæ do-
ctores. Fateris ineſſe nõnihil obſcuritatis ex impe-
ritia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ritie linguarū. Hic igitˀ quū plures inter ſe diſſenti-
unt, quorum unuſquiſq; ſibi uindicat linguarum
pitiā, qūo mihi cōſtabit, quis cæcutiat in lingua qs
non? Nā hic (ut ais) pēdet interpretatōis certitudo
Nec oio negas aliqd obſcuritatis oriri ex tropis,
quos tametſi doces nō temere admittēdos in enar-
rationibus, tn̄ uelis nolis frequēter occurrūt, in pro
phetis, in pabolis, in ænigmatibus. Nec mihi pla-
cēt affectati tropi, p̄ſertim q ſubuertūt ſenſum hiſto
ricum, uerū ſi tropologias excludas a ſacris libris
perit bona pars & iucunditatis, & utilitatis arcanæ
ſcripturæ. Ad hæc, ſi fateris ex grāmatices impitia
naſci caliginē, fateberis ſiľ & ex trāſlationibꝰ, & ex
deprauatis exēplaribꝰ oriri tn̄bras. Queritˀ & hoc
Oecolāpadius in Eſaia. Ergo quū aliꝰ dicet eē tro-
pū, alius negabit, aut ſi fateť uterq; tropū eſſe, ſed
in interp̄tatōe tropi diſſidēt, un̄ mihi cōſtabit, qs illo
rū attigat ſcopū? Ex collatōe locoꝝ? Habet utraq;
pars q̄ cōferat, Adhuc hæreo dubiꝰ. Siľr cū audio
pl'es inter ſeſe diſſidētes, quoꝝ q̄ſq; cōtēdit ſuū exē
plar uacare mēdis, quę res adimet mihi ābiguita-
tē? Iam qs audebit affirmare, aut ſi qs affirmet, qs
crediturus ē, ex locis inter ſe pugnātibꝰ non freq̄n-
ter oriri magnā caliginē? Quid ſimpliciꝰ Euangeli
ca hiſtoria? Et tn̄ a q̄t q̄libuſq; uiris hic ſudatum eſt,
ut quæ diſſidēt redigātur in cōcordiā? Adniſus eſt
ſummis uiribꝰ Auguſtinus, nec effecit quod uoluit
ſaltem hoc offm̄ nobis p̄ſta, quo minus tibi diffida
mus. Multis obſtat ingenij tarditas, quo minus aſſe
quanť qđ docēt ſacrę lr̄ę, mľtis oſcitātia, mľtis aīus
addictus hūanis affectibus, Nā cōtētioſi torquent

ſcripturã ad ſua dogmata, quũ contra fieri oportu erit. Deniq; ſpũs nõ oĩbus patefacit oĩa. Totidẽ igr̃ modis ambigemus de interp̃te, & q̃cq̃d maloꝝ ex aggeraſti aduerſus eos q putãt in ſcripturis eſſe nõ nihil obſcuritatis, quicq̃d cõuicioꝝ in hos congeſ- ſiſti regeret̃ in te, qui nõ potes effugere q̃n fatearis aliquo pacto caliginẽ eſſe in diuinis libris. Sed tibi nr̃a eſt caligo. Ponamus eſſe ueꝝ q̃d dicis, ſed q̃uo nobis iſtuc facies ꝑſpicuũ? Nã hoc ꝓbãdum ſuſce- peras, cõfeſſus te nihil agere aduerſus meã q̃ſtionẽ, niſi dilucide ꝓbaſſes. Cæterũ quũ oĩbus tẽtatis, id non poſſis, ueluti Proteus uinculis tenacibus aſtri- ctus, redis in natiuã formã, & nobis inuidiã moues q̃d ſcripturã faciamus obſcurã, periñ q̃ſi negem⁹ in illa q̃cq̃ eſſe lucis, In multis locis tñbras eſſe dixi, ſed quas ſpũs apiri uelit quãtũ nobis ſatis eſt ad ſa- lutẽ. Nã quedã abſtruſa ſeruat futuro ſeculo. Si tu colligis hinc nihil certo ꝓbari per ſcripturam, dic mihi, quomodo tot ſeculis orthodoxi patres erudi erunt populum chriſtianũ, q̃uo ꝓpulerunt hæreſes ab eccleſia, an per ſcripturas ambiguas & non in- tellectas? Tandẽ Satanã in crimen uocas, cuius op̃a fit, ut tã paucis ſit dilucida ſcriptura, q ſi dormiret, uno ſermone dei ſemel audito, totus mundus con uerteret.

71 Hic quum ꝓrſus hæreas in uado, tñ ueluti re bñ geſta, minitaris te meis me laqueis irretiturũ & occurris ſyllogiſmo utrinq; cornuto, ſic obtorto ut nullũ ſit effugiũ. Ex uerbis, inquis, tuis iuſtifica- beris, & ex uerbis tuis condẽnaberis. Dicis ſcriptu-

rā hic non eſſe dilucidā. Qꝫ ſi uerū non eſt, cur tu in Diatriba ſuſpēdis ſnām, ſi uerū eſt, quid agunt orthodoxi, quorum ingenium, eruditionem, ſanctimoniam, miracula, martyria, dignitatem, uetuſtatem, multitudinem iactas, qui ex ambigua ſcriptura aſſeruerunt liberum arbitrium? Quo me uertam, adeo conſtrictus hinc atque hinc obuijs cornibus? Scilicet alterum tui ſyllogiſmi cornu præcidam, deinde cum altero mihi res erit. Mea Diatriba non dicit ſcripturas in hac materia eſſe obſcuras. Sic habent illius uerba. Verum hic de ſcripturis non eſt controuerſia, de ſenſu ſcripturæ pugna eſt. In cuius interpretatione & cætera.
Audis ne? pugnam eſſe dico non obſcuritatem. An ideo ſcripturæ, quibus conuictus eſt Arius fuerunt obſcuræ, quod eas oppugnarit? Et ſi conceſſiſſem in ea queſtione ſcripturam fuiſſe obſcuram, quod non facio, ſic conceſſiſſem, quemadmodum in ſcholis argumentandi cauſa, multa donantur aduerſarijs. Eam conceſſionem ſi uelis arripere, neceſſe eſt ut fatearis utriuſque partis interpretationes eſſe ancipites. Dices, ergo ſi dilucidæ ſunt in hac parte, quibus uſi ſunt ueteres ad aſſerendum liberum arbitrium, quur tibi placuit Diatribæ titulus, quur profiteris inquiſitorem non aſſertorem, quur in fine dicis, contuli, penes alios eſto iudicium? Reſpondeo, quur qui in ſcholis diſputant, altero ꝓbante quod habet ſcriptura, altero per ſcripturas alias ac rōnes impugnāte, ſenioribus aut pſidenti ut uocant deferunt iudicium? Poteſt enim

fieri, ut liberꝝ arbitrium recte ſit aſſertũ a ueterib⁹
e ſacris & clariſſimis ſcripturis, quum ego aduer-
ſus tuoꝝ argumentoꝝ aciem, parꝝ dextre defen-
dam. Et iam ante reddidi conſilij mei rationem, ut
experirer, an tu poſſes abſq; cõuicijs diſputare, & ne
rebus exulceratis, oleum quod aiunt, adderem ca-
mino, & hãc meam ciuilitatẽ toties mihi impingis
in nos, quã probare magis & imitari debueras. Si te
delectat aſſertio, quid opus erat aſſertore me, de q̊
& olim ꝓnunciauit Eccleſia, & nuper ſuam ſñiam
confirmauit? Habebãt igit̃, inquis, dilucidã ſcriptu
ram, fateor, quantũ ſatis erat ad diſcutiendã ambi
guitatem de libero arbitrio. Quid tum poſtea?
Quur tu igit̃, inquis, facis ſcripturam hac in parte
obſcurã. Non hoc fecit mea Diatriba, ſed tu cõmi
niſceris, ut mõ declaraui. Si contẽdis nihil prorſus
obſcuritatis eẽ in ſacris literis, ne mecũ agas, ſed cũ
uniuerſis orthodoxis, quoꝝ nullus eſt, q idem non
p̃dicet. Cæteꝝ quoties Diatriba meminit obſcuri-
tatis in hac materia, aut ueſtro noĩe loquit̃, aut con
cedit argumẽtandi gratia, q̃d poterat nõ donare.
Quod genus eſt illud. Hic ſi neges hac in parte dilu
cidã eẽ ſcripturã, in qua tot ſummi uiri caligarint,
& c̃. An putas hoc ſub mea perſona dici, in qua tot
ſummi uiri caligarint, iſta ueſtra uox eſt, quã arri-
pio contra uos, q ueſtram interp̃tationẽ uultis ha-
beri pro oraculo. Simile eſt illud, ſi tam dilucida ẽ,
quur tot ſeculis uiri tam excellentes hic cæcutie-
runt, idq; in re tanti momenti. Hæc uerba non da-
mnãt ueteres cæcutientiæ, ſed urgẽt uos, ut aut fa
teamini illos uidiſſe ueꝝ, aut ne poſtuletis ueſtram
interp

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

interp̃tationem haberi nobis pro cœleſti oraculo. Rurſus quum aio, ſi nullos, quum & hodie tot obſcuritates torqueant doctos, nulla erit interp̃tatio certa. Hæc argumẽtatio quid aliud agit q̃ ut patiaris & tuam interpretatiõem eodem iure reijci, quo tu reijcis omnium?

Proinde uide q̃ atrociter, ſed extra cauſam illa tibi dicta ſint. Deniq; quæ leuitas & temeritas animi ſanguinem fundere ꝓ re icerta & obſcura? Hoc em̃ non martyꝶ Chriſti ſed dæmonum eſt. Vides hoc cornu præciſum? Vbi uero erat tua mens, quũ ſcriberes, hoc non eſt martyꝶ ſed dæmonũ? An dæmones habent ſanguinẽ quem fundãt? Deinde qs dixit ſanctiſſimos uiros ꝓ libero arbitrio fudiſſe ſanguinẽ? Dices, pro ſcriptura ſacra fuderunt, quã tu facis obſcuram. Rurſus ita loqueris, quaſi dixerim totã obſcurã eẽ, aut ſi mihi ac tibi ſit obſcura, fuerit ſimul illis obſcura qui definierẽt de libero arbitrio. Cyprianus fudit ſanguinẽ ſuum, demus fudiſſe pro ſcriptura. Nihil igit̃ uſquam fuit obſcuꝶ Cypriano in tota ſcriptura? Finge Auguſtinum occiſum, quum a Donatiſtis eſſent illi ſtructæ inſidiæ, relatus fuiſſet inter martyres, an abſurdũ putas ſi quid illi fuiſſet obſcuꝶ? Et huic tam friuolo fundamẽto nitunt̃ ea quæ dicis in fine capitis. Hoc eſt aliud nihil q̃ illos facere imperitiſſimos cognoſcendo, & ſtultiſſimos aſſerendo.

Diſcuſſus eſt ille κεράτινος, ſed me miſeꝶ occurrit alius. Si illos, inquis, recte ſenſiſſe credis, quur nõ imitaris? Si non credis, quur iactas tanta bucca, tãta copia, &c̃? Credo illos recte ſenſiſſe, qui aſſerue-

 runt

runt liberꝝ arbitrium, quēadmodū aſſerit Eccl'ia.
Quur igit̃, inquis, tu nō aſſeris ſed diſputas? Angſ-
quis diſputat, anceps eſt? Nō diſputo ut dubius, ſed
ut te noſtræ aſſertōis inuaſorē confutaturus. Nihi
lo magis ad rem faciunt quæ infulcis. Iam & tu po
ne ob oculos & tecum expende utrum plus tribuē
dum eſſe iudices, tot eruditorꝝ, tot orthodoxorꝝ,
tot ſanctorꝝ, tot martyrꝝ, tot ueterꝝ ac recentiū the
ologorum, tot academiarꝝ, tot conciliorꝝ, tot epi-
ſcoporꝝ & ſummorꝝ Pontificum præiudicijs, qui
ſcripturas dilucidas eſſe ſenſerīt, & id tum ſcriptis
tū ſanguīe confirmarīt, an tuo uni⁹ priuato iudicio
qui negas ſcripturas eſſe dilucidas, qui forte necun
quam lachrymam uel ſuſpirium ꝓ doctrina Chri-
ſti emiſiſti. Omitto, quod tuo more iudicas, quid la
chrymarꝝ aut ſuſpiriorꝝ ego fundam.

Quid hic agis Luthere? ueteribus fuiſſe ſcriptu
ram dilucidam, unde aſſeruerunt liberꝝ arbitrium.
Qua tandem igit̃ fronte blaſphemiam uocas, qd̄
illi definierunt ex dilucida ſcriptura? & toties mi-
hi recinit̃ hoc mendacium, qd̄ hic ſcripturas faci-
am obſcuras. Aio interp̄tationes uariare, & hoc in
contententionem uocabam, utri potius eſſet aſſen
tiendum, ueterꝝ ne ꝓbatæ tot ſeculis, an tuæ nuper
exortæ? Imo hoc illic ago pro uiribus ut ꝑſuade-
am, Eccleſiæ doctores non erraſſe in aſſerendo libe
ro arbitrio, ac te potius cæcutire. Ita loquor. Hic ſi
negas hac in parte eſſe dilucidam ſcripturam, in
qua tot ſummi uri caligarint, circulus ad caput re-
dierit. Vides hæc ſub aliena ꝑſona dici, in qua tot
ſummi uiri caligarint, Hæc ueſtra uox eſt, nō mea
& ſi

& fine mundi, de diuerſis pioꝝ & impioꝝ præmijs de non referenda iniuria, de honeſto ꝑpter ipſum expetēdo, de turpitudine ꝑpter ipſam fugienda, de educandis liberis, de diligendis uxoribus, de ſancte gerendo magiſtratu, de charitate in pꝛiam? & in illoꝝ uita multa legunt̄ facta præceptis illoꝝ conſentanea. Quod igit̄ flagitium admiſſum eſt, ſi dixi quædam ab illis prodita, quæ conſentiūt cum præceptis Euangelicis? Similiter Ethnicoꝝ leges nonne puniunt furta, homicidia, adulteria, falſa teſtimonia, quemadmodum & Moyſi lex? Ex his colligo rationis lumē in ill9 non fuiſſe prorſus extinctum, & addo, nō improbabile uideri, in illis & uoluntatem fuiſſe aliquo modo ꝑpenſam ad honeſta, ſed inefficacem ad ſalutem æternam, niſi ꝑ fidē accederet gratia. De fide & charitate quam ais me philoſophis tribuere in mea Diatriba nihil aſſeuero, quanquam & hoc diſputat̄ a nonnullis, quæ fides ſuffecerit idiotis Iudæis, & num qua ſit fides, qua Ethnicus ſeruari poſſit. Diſtinctionem de tripli ci lege naturæ, operꝝ & fictā fidei fabulam appellas. Primum de lege naturæ nulla eſt dubitatio, qđ diſſero de lege operum, & lege fidei, ex Auguſtino ſumpſeram, qui in libro quem inſcripſit de litera & ſpiritu iuxta Pauli ſentētiam diſtinguit legem operum ſiue factorum a lege fidei. Legem factorum uult eſſe legem Moyſi, tabulis inſcriptam, præcipiētem abſq; gratia. Legem fidei uult eſſe nouum teſtamētum, quod quanquam eadē præcipit quæ lex operum, tamen addita gratia fidei facit præcepta mollia. Et inter multa ſic dicit. Quod operꝝ lex

minando imperat, hoc fidei lex credēdo impetrat.
Ac paulo poſt, lege operꝝ dicit Deus, fac quod iu-
beo. Lege fidei dicitur Deo, da quod iubes. Rurſus
aliquanto poſt, quum in tabulis ſcribunt̃ opera cha
ritatis, lex eſt operum, & litera occidens præuarica
torem. Cum autem charitas diffundit̃ in corda cre
dentium, lex eſt fidei & ſpiritus uiuificans dilecto-
rem. Hęc ille. Non equidem damno ſententiam eo
rum, qui legem uolunt eſſe præceptorum, Euange
lium promiſſionis & conſolationis, ita ut utrunque
ſit in utroque, hoc eſt, Euangelium ſit etiam in le-
ge Moſaica, & lex ſit in Euangelio, ſed Auguſtinus,
quanquam non ita multum abeſt ab hac ſententia,
tamen non uidetur prorſus idem ſentire. Nam eo-
dem in opere diſtinguit uetus teſtamentum a no-
uo, genere promiſſorum, quod illic promittantur
temporalia, in Euangelio æterna. Verba Auguſti-
ni ſic habent. Sicut ergo lex factorum ſcripta in ta-
bulis lapideis, mercesque eius terra illa promiſſio-
nis, quam carnalis domus Iſrael, quum ex Aegy-
pto liberata eſſet, accepit, pertinet ad teſtamentum
uetus. Ita lex fidei ſcripta in cordibus, mercesque
eius ſpecies contemplationis, quam ſpiritualis do-
mus Iſrael ab hoc mundo liberata percipiet, perti-
nent ad teſtamentum nouum. His conſentanea di-
cit enarrans ex Euangelio Iohannis hæc uerba. Sed
unigenitus filius qui eſt in ſinu patris, ipſe enarra-
uit. Hæc quum imitarer, tamen accedo propius ad
eam ſententiam quam uos probatis, q̃ Auguſtinus.
Inter alia ſic loquēs Moſes dicit. Ne cōmittas adulte
rium, ſi comiſeris lapidaberis. Sed quid dicit lex fi-

dei, q̃

dei,quæ iubet diligere inimicos, quæ iubet tollere crucem quotidie, quæ iubet contemnere uitam? Nolite timere puſillus grex,ueſtrum eſt enim regnum cœlorum, &,confidite quia ego uici mundum,&,ego uobiſcum ſum uſq; ad conſummationem ſeculi &c. Vides ut oſtenſurus quid ſit lex fidei, proferam uerba fiduciæ & conſolationis. Nec hoc erat hic propoſitum quibus modis diſcerneret lex uetus ab Euãgelio,ſed in hoc obiter adhibita eſt hic diſtinctio,quo facilius lectori commonſtrarem,naturæ lucem obſcuratam,illuſtrari per fidei donum & uoluntatem corruptam corrigi per charitatem. Arbitor lectori perſpicuum eſſe factum, quàm adhuc nihil ſit commiſſum in Diatriba, quod reprehenſionem mereatur, niſi quod tu male narrando nihil non deprauas,quo minus habemus tibi fidei ſacras literas enarranti,quod in his deprauandis cõperiamus,q̃ ſis malæ fidei.Nunc uide quantam de nihilo ſuſcites tragœdiam. Hæc ſunt tua uerba. Quæ ſi quis Chriſtianus omnia conferat, cogetur ſuſpicari te ludere & ridere Chriſtanorum dogmata &religionẽ.Nam tantam ignorantiã ei tribuere, qui ſic noſtra omnia perluſtrauit, tanta diligentia, & memoria conſeruauit,mihi plane eſt difficillimũ. Hactenus tua. Quur crimen tam atrox impingitur? quia Pelagium feci pene Euangelicum, id eſt, hæreticum.Quid enim aliud eſt pene Euangelicum eſſe? Ethnici non dicuntur pene Euangelici,q ꝓcul abſunt ab Euangelio. Sed Arius fuit pene Euangelicus,qui ſua dogmata per Euangelium confirmabat.Deinde fateor in Philoſophis rationem fuiſſe

 obſcu-

obſcuratam non extinctam. Nam de multis bene iudicarunt per lumen naturæ, uoluntatem item nō penitus corruptam, quum in his appareant naturales quidam niſus ad honeſta, pro quibus tu ſupponis fidem & charitatem. Diſtinxi triplicem legem, naturæ, operum & fidei. Legem naturæ nemo negat, reliquarum duarum diſcretionem hauſi ex Auguſtino. Dixi in philoſphorum opinionibus ac præceptis eē quddam conſentanea dogmatibus ac præceptis Euangelicis, Pſalmi quarti uerſiculum. Signatum eſt lumen &c̄. ſic applico ad lumen naturæ, ut non negem recte interpretari de fide, per quam naturæ lux adiuuatur. Poſt hæc tam horrenda crimina ſequuntur illa quæ modo recitaui. Quæ ſi quis Chriſtianus, & cætera. Sed ubi commonſtras nobis iſtum Chriſtianiſmum? In ueſtra Eccleſia uariant ſententiæ, in noſtra nulli ſunt, ſi tibi credimus, denique doces nec ſanctos nec Chriſtianos, nec Eccleſiam oſtēdi poſſe. Porro quum charitas Chriſtiana neſciat ſuſpicari malum, qs erit iſte Chriſtianus abſque charitate tam male ſuſpicax, ut ex bene dictis cogatur ſuſpicari, me ludere & ridere Chriſtianorum dogmata, & religionem? Citius arbitror hoc ſuſpicaturos Chriſtianos, ſi deſerto Eccleſiæ conſortio, tua dogmata propugnarem. Quo uero malicioſum hic prodis calumniādi ſtudiū, hactenus nihil ſciui, ſed incogitās, imprudēs, ignorās, loquor om̄ia. Hic quo noue calūniæ facias locum, nō potes mihi tribuere tm̄ ignorātiæ, ſed mauis ſciantiam ademptam reddere, quo crimē grauius hæreat in me irriſæ religiōis & Chr̄ianorum dogmatū.

Quæ

Quæ ſunt autē iſta ueſtra, quæ tanta diligētia ꝑ-
luſtraui memoriaq; teneo? Tua ne dogmata? Vix
ullum tuoꝝ libroꝝ potui perlegere, tāta eſt ibi lo-
quacitas, & inſatiata conuiciandi libido. Et doctiſ-
ſimus ſit oportet, ꝗ tua intelligat, quæ ſine tuo ſpi-
ritu intelligi non poſſunt. Et haud ſcio an Chriſtia-
noꝝ dogmata putes non alia eſſe ꝗ̄ tua. Ego de fi-
dei catholicæ decretis putabā te loqui, illa certe
non irrideo, nec unꝗ̄ mihi fuit ille animus, gratia
deo, licet uitam excuſare nec poſſim nec uelim.
Sic tu me nunc alium nunc aliū fingis, utcunq; ti-
bi uideor idoneus ad calumniā. Quot cōuicijs in-
itio debacchatus es in Scepticū animum? Quoti-
es criminatus es, ꝙ in Diatriba nihil aſſerā? At idē
paulo poſt, omniū optime facio, qui nihil aſſerā,
ſed ſtudio quærendi ueri tantū diſputem, diſcen-
di cupidus, Ita tibi conſtas in calumnijs, ut ex ea-
dem re geminū crimē elicias. Et perinde quaſi pa-
rū ſycophāticū ſit impegiſſe crimen impij blaſphe-
miq; animi, reprimis teipſum, ſed interim (inqui-
ens) abſtinebo, indicaſſe contentus, donec occaſio
dignior ſeſe obtulerit. Ac mox audio, Mi Eraſme
& amanter admoneor ne ſim de illoꝝ numero, ꝗ
dicunt, quis uidet nos? Hæc cantio tibi potius ca-
nenda eſt, qui cū talibus ſtrophis ludas, arbitr[illegible]t in-
te fallere, nec deprehendi ſpm̄ tuu[illegible] his,
tentes nos. Si ego te tento ꝗ ci[illegible]tiitute peccati, quid
diſputo, quur non irritaris [illegible] quæ pars tātum eſt eo-
minibus te laceſſunt a[illegible] definitio, Nec definitio ex-
ut ego, ſed proprijs [illegible]alē, niſi recipimus opinionem
mata appellantes? Q[illegible]m, quæ ſi tibi non probatur,

ecclеſiam tuã, quando Paulus nõ dignat̃ de his,
q̃ foris ſunt iudicare, ego ſemp̱ a tua eccleſia fui
alienus, nõ minus q̃ illi. Quin ſæuis in illos qui li-
bris æditis palam debacchãtur in tua dogmata,
quũ hactenus profeſſi ſint tuã eccleſiam? Paulus
nullos tradidit Satanæ, niſi qui defecerant ab E-
uangelio. Hoc mihi non potes obijcere. Semp̱ ea-
dem, tũ ſcripſi, tum dixi, tum ſenſi. Toties obijcis
eccleſiæ Romanæ tyrannidẽ, quæ ſi qua eſt, lon-
go tẽporis progreſſu irrepſit, ſenſim alentibus eã
opibus, potentiaq; mundana. Verũ iſti animo quę
ſpirant tua ſcripta ſi accederent opes, autoritas, po-
tentiaq; Romanorũ pontificũ, ſatis appareret, q̃d
nobis ſit expectandũ. Mitteres huc (ni fallor) ſa-
tellitiũ tuum atq; armatas copias, aliquanto in-
clementius tractaturus abs te diſſentientes ferro,
q̃ nunc tractas calamo. Et ubi eſt interim ille mi-
rabilis Euangeliſta, qui ſolo gladio ſpũs, quod eſt
uerbũ dei profitebatur ſe uindicaturũ Euangeliũ
aduerſus portas inferi? Ad calumnias, ad cõuitia,
ad minas deſcendis totus, & tamen uis uideri ſim-
plex, purus, nec affectibus humanis duci, ſed ſpũ
dei. Recte doces, deũ oportere iuſtũ credi, etiamſi
nec lux naturæ, nec lux grãæ comprehendat eũ ec-
cleſiæ ... ũ, at non recte poſtulas idem ius tibi.
uero m... ...em, multo grauius etiã peccatũ
ctenus nihil ſciui, ſed ... ...inionibus quandoquidem
loquor omĩa. Hic quo no... ...quidẽ uel inſaniæ, uel te-
nõ potes mihi tribuere tm̃ ig... ...idere plura.
entiam ademptam reddere, que ... recenſeo, quarum
reat in me irriſæ religiõis & Ch... ...mnatam relinquo.
Scdo

2 Secũdo loco recito ſententiã eorum, qui ſic minimũ tribuunt libero arbitrio, ut tamen nõ prorſus tollant. Dicunt em̃ ipſum nihil efficaciter poſſe, niſi adſit gr̃a, uel extimulãs ſiue operãs, uł coopans uel conſummãs, & tñ in his omnibus fatentur, uel applicationẽ ſiue conuerſionem humanę uoluntatis, uel cooperationẽ, nimirum ponentes aliquã humanæ uoluntatis uim, quæ nõnihil agit cum gratia. Hæc eſt opinio, uł Auguſtini, uł Thomæ ſequentis Auguſtini ſentẽtiam, quatenus minimũ tribuit libero arbitrio. Et hanc uoco probabilem, eo ꝙ relinquat homini ſtudiũ & conatum. Atq; hic multã uerborum turbã offundis, quomodo non imputetur, quod eſt imputandũ, & quomodo dicatur aliquid poſſe qđ ex ſe nihil poſſit, quum ego in diſputatione huiuſmodi difficultatem palpabiliter (ut aiunt) expediam.

3 Tertiam quam recẽſeo, facio Carolſtadij, qui non tollit omnino liberum arbitrium, ſit interim phas hoc abuti uocabulo, ꝙ ſi quis malit appellare Beta, aut Delta, mea nihil refert, ſed negat i bono ope quicq̃ agere, ſimpliciter pati, adeo ut gratia nõ operetur per uoluntatẽ noſtram, ſed in uoluntate tantum patiente.

4 Quartam facio tuam, qui p[...] ..ſt in
ſertionis negas quicq̃ in rerum [...] his,
arbitrium, nec in bonis, nec in [...] peccati, quid
gere uoluntatem noſtram [...] quæ pars tãtum eſt eo
te fieri omnia. Hanc a[...] definitio, Nec definitio ex
profiteorq; mihi cum [...] alẽ, niſi recipimus opinionem
ne potiſſimum eſſe [...] am, quæ ſi tibi non probatur,

mihi

¶ Nec prætereo Scoti opinionē, quæ putat
ꝑ opera moraliter bona, per influxū naturæ com
munem, hominē poſſe dei grām efficacem ꝓme-
reri de congruo, ꝙ dei benignitas nō patiat̄ quēq̄
interire, ꝗ modo præſtiterit quod in ipſo eſt, non
ꝙ ſuis uiribus aſſequat̄ ſalutem, ſed aliquo pacto
fiat capax diuinæ gratiæ. Hanc opinionē, quo-
niā eccleſia, quod quidē ſciam, nondū reiecit, ego
nec defendo nec explodo. Ergo ſepoſitis opinio-
nibus Pelagij & Scoti, doce reliquas tres tantum
uerbis diſſidere. Prima, nimirꝫ Auguſtini fatet̄ ar
bitrium ſiue uoluntatē ſuis uiribus poſſe ad ma-
le agendū, nec facit hic ſolū deū agentem, uolun-
tatem tantū agi, quod tu doces, & hactenus cum
Auguſtino ſentit Carolſtadius, abs te diſſentiens.
Etenim quū Auguſtinus appellat grām coopera-
tem, utiq; ſenſit, operari noſtrā uoluntatē aliqd.
Deinde dum ponunt gratiā extimulantē, ſed in-
perfectam, nō excludunt cōuerſionē & auerſionē
quum tu prorſus excludas utrunq;, inducta re-
omnium abſoluta neceſſitate. Nec em̄ pugno
tuo axiomate quod aſſeris, ſed cū tua palinodia
qua corrigis quod initio dixeras, liberꝫ arbitriu-
cleliæ ..hil ualere, niſi ad peccandū, & probas Vuyc-
uero ..dogma. Et qui primæ ſunt ſententiæ, faciūt
ctenus nihil ſciui, ſeū uulneratum, aut claudicans,
loquor omīa. Hic quo igitur aliquod iudiciū, ſed in-
nō potes mihi tribuere tm̄ q̄d inefficax. Vides igi-
entiam ademptam reddere, qualijs uerbis tractatā
reat in me irriſæ religiōis & Ch..ionē, quam aio pro-
...itione, interim ex-
ſa c..

ſa opinione eorꝝ, qui per opera moraliter bona, ſi-
ne ſpeciali gratia putant dei bonitatē prouocari
ad conferendam grām. Atqui ſic tēperaui defini
tionem, ut huic quoqꝫ ſententiæ, qm̄ damnata nō-
dum eſt, pateret locus. Sed finge reiectā Scoti opi
nionem, ſit prima Auguſtini, qui facit extimulan
tem grām, non excludit applicationē & auerſio-
nem, Pharao pulſatus cœperat reſipiſcere, & ni ſe
auertiſſet ab extimulante gratia, non ueniſſet in
profundum malorꝝ. Demus & hoc iuxta Bernar
dū, totum initiū deberi gratiæ. Certe quū noſtra
uoluntas operatur cū operante gratia, applicat ſe
ſe ad grām, naturæ uires ad gratiam operantem
accōmodans, ueluti quū oriente ſole, aperimus o-
culos, rurſum auertit ſeſe, ueluti quū exorto ſole,
claudimus oculos. Oſtende igitur Luthere oſci-
tantiam uel hebetudinē iudicij mei. Sic agis, Di-
cis primā opinionē probabilem, quæ fatet̄ liberꝝ
arb. peccato uitiatum, nō poſſe uelle bonum ſine
gratia. Et definitio tribuit illi uim applicandi ſeſe
ad bonum uel auertendi a bono ſine gratia. Defi-
nitio (inquis) affirmat, quod exemplū eius negat,
&c̄. quæ tu ſatis loquaciter ac procaciter. Audi cō
tra, ſubtilitatem tuæ calumniæ. Definio liberꝝ ar
bitrium in genere, uel ut erat conditū, uel ut eſt in
liberatis per gratiam, uel ut eſt claudicans in his,
qui nondum liberati ſunt a ſeruitute peccati, quid
hoc ad primā opinionem, quæ pars tātum eſt eo-
rum quæ cōplectitur definitio, Nec definitio ex-
cludit gratiam ſpecialē, niſi recipimus opinionem
Pelagianæ proximam, quæ ſi tibi non probatur,

mihi

ſmihi tamen licebat huius uti præſidijs in argumẽ
tando. Nec uideo periculum etiam ſi quis eã tu-
eatur. Deinde nõ animaduertis, quod facio du-
plex uelle, ſiue duplicẽ niſum ad honeſta efficacẽ
& inefficacem, Inefficax eſt etiã in obnoxiis pec-
cato, ꝑ influxũ cõmunẽ iuxta quoſdã, iuxta alios
nõ ſine gratia, ſed imperfecta q̃ nondũ quidẽ ab-
olet peccatũ, ſed tamẽ p̃parat ad efficacẽ gratiã.
Nec me mouet, quod tu nihil pateris eſſe mediũ,
ſed aut deũ facis ſeſſorẽ, aut ſatanã, impudenter
eñ adducis ad me refellẽdũ, quod erat euincẽdũ
Meminiſti, qđ diximus de lumine, & Euangelicus
ille cæcus, primũ nihil uidet, deinde uidet hoies ue
lut arbores ambulãtes, mox clare cernit omnia.

82 Verꝫ hæc alias, nihil eñ hic aſſero. Iam ui
des ex his q̃ diximus ſoluta, quæ proximo capi-
te repetis & inculcas, nõ abſq; petulantia conui-
ciorꝫ. Accipis unã partẽ definiti, hoc eſt, liberꝫ ar.
peccato uitiatũ, & cũ hoc cõfers unã opinionẽ. Ap
plicare ſe ad bona, bonũ eſt, igiť liberꝫ arb. poteſt
ex ſe bonũ. Fateor ſi loquaris de bono morali, fa-
teor rurſus ſi loquaris de bono pietatis, modo cõ
iungas grãm p̃parentẽ ſiue extimulantem, ueluti
quũ ex lectiõe ſacra, aut ex audito eccleſiaſta, ſen
timus animi motũ ad amorẽ pietatis, & odiũ tur
pitudinis. Hanc non excludo nec in definitiõe, nec
in recenſendis opinionibus. Tantũ excludo Pela-
gij ſententiã, Carolſtadij & tuã. Vbi ſunt igiť duo
libera arbitra inter ſe pugnãtia? An ſecũ pugnat
genus qđ in ſe cõplectiť diuerſas ſpecies, & nega-
bis aſinum eſſe animal, quod ex ratione differen-
tiæ ac

tiæ ac proprij pugnet cũ homine? Aut ex una crumena faceres duas, quod in eadẽ ſit aurũ & argẽtum? Non hic igitur captus eſt Proteus, ſed ipſe Proteũ agis ſtudio calumniandi, teipſum uertens in oia, quũ libet, me quoq; ſubinde aliũ atq; aliũ faciens, utcũq; tibi uideor accõmodus calũniæ tuæ ſpiculis. Fateor ſecundũ unã opinionem hominis uoluntatẽ peccato corruptã, quatenus corrupta eſt, nõ poſſe ſe flectere ad bonã frugem ſine ſpeciali gratia, ſiue illa ſit efficax, ſiue extimulans. Fateor in his qui ꝑ baptiſmũ & fidẽ liberati ſunt, uoluntatẽ hominis ex ſe eſſe proniorẽ ad malũ q̃ ad bonũ. Et fateor ſecundũ unam opinionẽ, uoluntatem humanã ex naturæ uiribus ſe poſſe cõuertere ad ſtudia, conatus & opera, q̃ ſi quis cõtendat eſſe mala & iram prouocãtia, negabimus, ſi quis neget eſſe bona, quod abſq; gratia facta, cõcedemus, ſi modo fateatur moraliter bona, prouocantia dei grãm efficacẽ. Nõ igiẽ mecũ pugno, ſi iuxta diuerſas ſententias diuerſa dico. Nondũ ẽm hic pronuncio quid ſentiã, ſed rudi lectori futuræ diſputationis materiã cõgero. Proinde triũphus, quẽ hic agis, reſeruandus erat tibi circa finẽ diſputationis, ubi pronuncio quæ ſententia mihi ex omnibus potiſſimũ arrideat. Hic tantum accingor ad pugnam. Quando uero in te uociferatus ſum, quod fatereris liberꝝ arb. obnoxium peccato, nõ poſſe ſe flectere ad meliora, ſine auxilio gratiæ? Quin illud potius damnaui, q̃d doces nullũ eſſe hois arbitriũ, nec in bonũ nec in malũ, neq; prorſus quicquam operari, uel bonæ rei uel malæ,

neq;

neq; cũ gratia neq; ſine gratia, quod nuſquã legis apud Auguſtinũ. Deniq; quum hic tãtum uerborum incaſſum fuderis, planeq;, quod aiunt, aerem uerberes, tamen tuo more quaſi re ſtrennue geſta, triumphum adornas. Et uereris ne nemo tibi ſit habiturus fidem, referenti tantas abſurditates tam multa inter ſe pugnãtia, Legat (inquis) hoc loco Diatriba, & mirabitur, Legatur (inquã) hoc loco Diatriba, & protinus mirabit, qui legerit in Euãgelij præcone tam malicioſum calumniandi ſtudiũ. Tedet cætera referre quæ illic glorioſe detonas.

83 Similis intemperãtiæ ſunt quæ congeris ꝓximo capite, qui cõſiſtit ut agat aliquid liberꝛ arbitriũ, & tñ ſumma totius imputet gratiæ. Iſtud quũ in fine diſputationis multis uerbis explicem, qd opus erat hic tempus inanibus uerbis tererec Imputari nõ debet qa quicqd poteſt homo naturæ uiribus, gratuitũ dei donũ eſt. Nec hic opus cõmento dialecticoꝝ de uolũtatis humanæ uelle abſoluto, nullo boni malive habito reſpectu, qd hic dãnas, probaturus ſi pro te faceret. Quid enim abſurdi, ſiquis docẽdi gratia proponat abſolutũ, quod in re abſolutum nõ eſt? Qũo igit philoſophi diſputãt de prima materia, deq; puris elemẽtis, & mathematici de formis abſtractis a materia? Nec tam improbabile eſt, q̃ tu uideri uis ſi qs tribuat uolũtati noſtræ uelle puꝝ, ſic ut obiectum nõ cõſideret ſub ſpecie boni aut mali, ſed entis tãtum, aut alicuius quod ꝑ ſe medium ſit, etiã ſi non deſint q negẽt quicquam eſſe medium. Quam ubiq;

moleſta

moleſta tua loquacitas,ut arbitrer nullum Bola-
num eſſe cerebri tam felicis ut tuum æs uere Do
doneum ferre poſſit,quum extra rem dicas om-
nia, nec tamen ullum facias dicendi finem.

85 Excuſſiſti primam opinionem,q̃ eſt Tho-
mæ uel Auguſtini,quum tu nunc ſecundam faci-
as Auguſtini quæ eſt Carolſtadij,qui negat homi
nis uoluntatem in bono opere quicquam agere,
in malo fatetur. Atq; hinc conijcere licet q̃ dextre
rem tractes, qui confundas etiam ſententiarũ di-
ſtinctiones,ego inter eas, quas non reijcio, Pela-
gianæ ſententiæ oppono ſententiam Auguſtini,
ut longiſſime diſcrepantem,comparo ſententiam
Scoti,ut proxime accedentem. Relege Diatribã,
& ſic comperies. Auguſtini ſentẽtiæ ſubijcio Ca-
rolſtadii,quam appello duriorem, eam tu nunc,
uelut multiloquio temulentus facis Auguſtini.
Tertio loco pono tuam & Vuycleui , quam ap-
pello duriſſimam,cum poſtremis duabis dico po
tiſſimum mihi pugnam fore,hoc eſt, cum Carol-
ſtadij ac tua. Reſtitui te in uiam. Nunc ſupereſt ut
nobis demonſtres , duas poſteriores opiniones
eaſdem eſſe cum prima. Auguſtinus dum ponit
gratiam cooperantem,fatetur & liberum arbitri
um aliquid agere in bono opere,Carolſtadius af-
firmat nihil aliũd q̃ pati. Tu doces nec in bono nec
in malo quicq̃ agere nec ante grãm nec poſt gra-
tiã,ſed prorſus ac ſimpliciter eẽ uocabulũ inane,
hæc ſnĩa cũ prima pugnat & plus dicit q̃ ſecũda.
Et hic ꝓrſus ἀπ᾽ ὄνου quod aiũt delapſus,uľ ἀπὸ νοῦ
potius,nec intelligens quid loquaris deierationi-

bus agis. Teſtor, inquis, deum nihil aliud uolui dice
re, nec aliud intelligi per uerba duaꝝ poſtremarum
opinionum, q̃ id qđ dicit̃ in prima opiniõe, nec Au
guſtinum aliud uoluiſſe arbitror, nec aliter ex ipſi
us uerbis intelligo , q̃ qđ prima dicit opinio, ita ut
tres opiniões a Diatriba recitatæ apud me nõ ſint
niſi una illa mea ſentẽtia. Si qđ a me tam ſine mẽte
dictũ fuiſſet q̃ iſta dicunt̃ tibi, qbus cõuitijs me ur
geres? Quãdo faceres inſultãdi finem? Nec tamen
deſinis tergiuerſari, & redis ad ueterẽ cauſationẽ no
minis quã ſæpius iam excluſimus, nec uno reſpõdi
mus modo. Videris ipſe ſenſiſſe errorẽ tuum, nec ta
mẽ libuit diſpũgere qđ ſcripſeras. Proinde ab hoc
capite nõ diſcedis ut ſoles triumphabũdus, ſed uelu
ti gallus demiſſis alis temet ſubducis. Si hic, inquis,
erro, reuocet q põt, ſi ſunt hæc obſcura & ambigua
illuſtret & ſtabiliat qui poteſt. Hic reprehenſorem
admittis & illuſtratorem, quum in fine repellas om
ne iudicium.

86 Attñ ꝓximo capite reſumis animos. Sed fa
ceſſant ingqs mõſtra uerborꝝ. Quis eñ ferat iſtũ ab
uſum loquẽdi? Totidẽ uerbis tibi tuas uoces recinit
echo. Sed faceſſant mõſtra uerborꝝ, qs eñ ferat iſtũ
abuſum loquẽdi? De abuſu receptæ uocis litiga cũ
Hilario, cũ Ambroſio, cũ Auguſtino, cũ Hierony
mo. Hic ꝓpoſueras te dicturꝝ tres opiniões nihil in
ter ſe diſcrepare, & hoc omiſſo cauillaris, de noĩe li
beri arbitrij. Nec adhuc deſinis affirmare qđ eſt ma
nifeſte falſum. Ita ne ẽ eadẽ ſnĩa, liberꝝ arbitrium co
operari grĩæ, & tantũ pati in opere bono, in malo ci
tum agere, & nec in bono nec in malo quicq̃ age

re, ſed

re, ſed deum ſolum operari quicquid agit̃ ſeu bo-
ni ſeu mali? Tu ſic colligis. Poſt peccatũ uolũtas ho
minis nõ eſt libera niſi ad malũ, abſq; grã. igit̃ amiſ-
ſa libertate ſuccedit ſeruitus. Negari nõ põt. Vbi ſer
uitus eſt, ibi eſt mera neceſſitas, & ubi neceſſitas, ibi
nihil agit liberũ arbitriũ, ſi nihil agit, patit̃ tantum.
Tua Grammatica non poteſt amiſſam ſanitatẽ uo-
care ſanitatem. Verum ut ſimul & meam definitio
nem tuear, & iſta tua tam perplexa diſcutiã, ꝓponã
rei ſummã nudis aphoriſmis.

1 Volũtas in hoĩe, quẽadmodũ & in ãgelis, ſicut
erat condita, libera erat ad bonum & ad malũ, ſic ut
adhærere potuerit oblatæ grãæ, ſine ſpeciali p̃ſidio
nouæ grãæ ac ſemet auertere potuerit a gratia.

2 Poſt lapſum primorum parentum, naturæ li
bertas uitiata eſt non extincta. Reſedit autem in il-
lis aliqua ſcintilla rationis diſcernens honeſtum ab
inhoneſto, item aliquis niſus uolũtatis, refugiens a
turpitudine, & quodãmodo geſtiẽs ad honeſta.

3 Verum hic niſus & ratio inefficax eſt, ſine ſpe
ciali gratia, iuxta quoſdam, iuxta alios tantum ua-
let, ut per opera moraliter bona, poſſit de congruo
promereri gratiam, uel præparantem, uel etiam iu
ſtificantem, quam ſententiam non arbitror ab Ec-
cleſia damnatam. Licet nec illam ſuperiorem im-
probauerit, ſed hic permittit unumquemq; abun-
dare in ſuo ſenſu.

4 Libertati ꝑ grãm, ſunt in eodem ſtatu quo
fuit hõ primũ cõditus liber, uidelicet ut ſe poſſit ap
plicare ad oblatã grãm, & poſſit auertere ſe ab ea-
dem, niſi quod ex peccato Adæ, aut ipſius etiam

reſideat in eo caligo quædam rationis, & procliui-
tas quædam ad peccãdum, quæ tamẽ nõ adimat
libertatem, ſed exerceat pietatem.

¶ Hec applicatio aut auerſio locum habet ad
utrãq; grãm extimulãtem quam diximus, & iuſti-
ficãtem. Applicat aũt ſeſe uolũtas, quum ſe præbet
grãe, ſimulq; naturæ uiribus nitit ad cadẽ ad q̃uo
cat grã. Auertit ſeſe quoties neglecto ſpũs ſibilo,
uertit ſeſe ad cupiditates carnis. Itidẽ grãe iuſtificã
ti applicat ſeſe, quũ illi in ſe ſe potẽter operãti, p na
turæ uiricl'is cooperat̃, & auertit ſeſe, quũ neglecto
Dei dono reflectit ſeſe ad carnem.

Ad has oẽs opiniones quarꝫ nll'a damnata eſt
ab Eccl'ia, ni fallor, & ad oẽm hoĩs ſtatum quadrat
mea definitio, quam ideo feci generalem, ut oĩa
complecteretur quæ ſunt probabilia. Nihil igitur
agis, cum hanc aut illam opinionem urges cũ defi
nitione alio detorta.

Pone hoĩem in ſtatu quo fuit cõditus, quadrat
definitio. Hic tu urges libero arbitrio poſt lapſum
uitiato. Pone eũ in eo ſtatu in quo eſt adoleſcẽs, qui
puer p baptiſmũ accepit habitũ fidei, & purgatus
eſt a peccato ꝓtoplaſti, necdũ admiſit aliqd crimẽ
p qd amittit̃ grã, quũ tñ iam p ætatẽ habeat mali
boniq; diſcretionẽ, quadrabit mea definitio, poterit
rit eñ ſeſe applicare ad grãm & auertere a gratia.
Applicabit aũt ſi naturæ uiribus eodem concẽdat,
quo ducit gratia, auertet, ſi ſpreta Dei gratia deflectat
ad carnem.

Deniq; pone hoĩem in eo ſtatu in q̃ fuit Adã poſt
uiolatũ dei p̃ceptũ, hic fortaſſe uidebit̃ nõ q̃drare
mea

mea definitio, q̃ ſemel addictus peccato, nihil ali-
ud poſſit, q̃ ſeruire peccato. Vbi igit̃ uis applicãdi
& auertẽdi? Iuxta quorundã, inq̃, opinionem reſi
det aliqua libertas, q̃ ex naturæ uiribus abſq; ſpe-
ciali gr̃a per op̃a moraliter bona poſſit exambire
gr̃am iuſtificantẽ. Hic oppones tua paradoxa, ſed
iſta tibi ꝓbãda ſunt priuſquã nos ꝑ illa coarguas.
Iuxta alioꝝ opinionẽ q̃ eſt Auguſtini, põt applica
re ſeſe ad gr̃am extimulantẽ ac reuocãtẽ, ac rurſus
eã ſp̃nere. Vides hic aliqd libertatis. Rurſus p̃t ſe p̃-
bere gr̃æ iuſtificanti, põt ab ea ſeſe auertere. Et for-
taſſe nõ abſurdũ fuerit ponere mediũ quendã ſtatũ
inter iuſtitiã & iniuſtitiã, ueluti quũ hõ naturæ uiri
bus contẽdit ad ꝓmerendã gr̃am, uł excitatus gr̃a
ſtimulãte, quã impfectã dicimus, applicãs naturæ
uires ad eã gr̃am, contẽdit ad ĩnocentiã. Is nec oĩo
uidet̃ iniuſtus, q tædio ſuæ iniqtatis contẽdit ad iu
ſtitiã, nec oĩo iuſtus, q nondũ aſſequutus ſit ĩnocen
tiã Et in hmõi ſtatu diuus Auguſtinus uidet̃ pone-
re Corneliũ, in q̊ fuit utrũq; ſed impfecte, ueluti q
ꝓperat ad aſylũ, nec oĩno tutus eſt, nec ꝓrſus hæret
in ꝑiculo, ſed quo lõgius recedit a ꝑiculo, hoc ſalu-
ti ꝓpior ẽ. Hic occines ſubitũ raptũ ſp̃us, quẽ ego
nõ nego, ſed loquor interĩ nõ qd aliqñ faciat aut fa
cere poſſit deus, ſed qd generaliter faciat in nobis.
Quanq̃ hac de re ſuo dicet̃ loco. Cũ his confer tres
illas ſñias, quas tu cõflas in unã, ĩuenies ſolã primã
eẽ uerã. Etem̃ Auguſtinus quũ facit gr̃am operan
tẽ & cooperantẽ, ſatis fatet̃ eẽ liberũ homĩ applica
re ſe ad gr̃am extimulantẽ, ſi naturæ uires ad eam
accõmodet eũ conatũ impfectũ, adiuuat & aboluit

gratia cooperãs, quæ cooperans nõ recte diceret, ſi
nihil om̃ino operaret̃ noſtra uoluntas, quod negat
Carolſtadiꝰ. Multominus uerũ ẽ qđ tu aſſeris, homi-
nis uoluntatem nec in bonum nec in malum quicꝗ
poſſe, ſed meræ puræꝗ neceſſitatis eſſe om̃ia. Nam
hanc opinionem uoco tuam, quam in Vuycleuo da-
mnatã ꝓbas. Quid igit̃ reſtat niſi nominis contro-
uerſia? Liberũ arbitrium ꝓprie congruit deo. Eſto,
ſed ſic abutimur aliĳs multis nomĩbus, ſapientis, bo-
ni, potentis, immortalis. Verum quum eſt ꝑ pecca-
tum amiſſa libertas, iam inane nomen eſt, quemad
modum in ægroto amiſſa ſanitas, non eſt ſanitas.
Fateor hic aliquẽ abuſum uocabuli, ſed quem mi-
hi non debes imputare, nec tamẽ abſurde manet in
peccatore ratio nominis, quemadmodum in bello
captis ingenuis manet libertatis appellatio, ꝓpter
natiuam conditionem, & ſpem rediturae priſtinæ
libertatis. Deniꝗ ꝓpter reliquias priſtinę libertatis
quæ reſident in homine etiam poſt admiſſum pec-
catum, quæ non ideo nihil ſunt per ſe non ſufficiant
ad recuperandam libertatem, ſatis eſt, quod aliqđ
agant, ſuis uiribus & peragant, etiam auxilio gra-
tiæ. Tu perditam ſanitatem, mortem facis. Manet
ſin ægroto nonnulla naturæ uis, utcunꝗ pugnans
cũ morbo, ſæpe uincẽs abſꝗ medici pſidio. Sic rõ-
nem a pc̃tõ facis om̃ino cæcã, ego lippientẽ aut lu-
ſciolam facio. Neꝗ em̃ ꝓrſus cæcus eſt, q ob pitui-
tã cæcutit, neꝗ ꝓrſus mortuus ẽ, q cum morbo lu-
ctat̃. Iã ſi placet accerſe cõmodũ illũ congerronẽ ſo-
phiſtã, eiꝗ ꝓpone collationẽ de lapide, q natiua ui
fertur deorſum, ſurſum uero non niſi uiolento im-
pulſu

pulſu, & roga an lapidi tribuat liberum arbitri-
um, fortaſſe non tenebit riſum & reſpondebit. La-
pidem eſſe qui talia percontetur. Lapis enim ſicut
omnia grauia quæ ratione carent non habet ni-
ſi unicum impetum naturalem, at liberum arbitri-
um ut conditum eſt, erat utroque uertibile. Dices
de corrupto loquimur, feremus ſi modo in diſpu-
tando memineris tale fuiſſe conditum, & hinc no-
minis rationem manere, licet re partim amiſſa.
Poſt peccatum autem originis, ſed magis etiam p̄-
ſonale, ut libertas non eſt in totum amiſſa, ita nō eſt
abſoluta ſeruitus. Cæcutientia inducta eſt, non cæ-
citas, claudicatio inducta eſt, non exitium, & uulnus
inflictum eſt, non mors, & languor acceſſit, non in-
teritus. Manet enim aliqua rationis ſcintilla, manet
aliqua propenſio uoluntatis ad honeſta, licet ineffi-
cax, Nec ideo nihil eſt, quia per ſe non ſufficit ad re
cuperandam priſtinam libertatem, ſed ut uulnera-
tum ac languidum, non ualet quidem quod pote-
rat, ueruntamen uiriū qualeſcunque reliquias accō-
modat erigenti gratiæ, niſi forte dicis pucro nihil eſ-
ſe uirium quod ſolus nequeat mouere plauſtrū, qđ
facit connitens robuſtiori. Quare ſerua lapideis hoī
bus iſtam de lapide comparationem, neq; proferas
huc tam ridiculas colectiones. Nullum eſt omnis,
& nihil eſt omnia. Quid autem ſi Scoticus ſit ille ſo
phiſta? Nonne ſtatim obturabit tibi os? Niſi for-
te commodum uocas, qui commode reſpondeat
ad tuas percontationes. Poſtremo, quod ad uo-
cem attinet, Thomas fortaſſe concederet poſt pec-

catum non dici ꝓprie liberꝝ arbitriū, ſed idem ſim-
pliciter nihil eſſe aut nihil agere cum agēte gratia,
negabit. Hæc ſunt quæ in ueſtibulo diſputatōis le-
ctori ꝓpoſuerā, quo paratior eēt ad reliqua ꝑcipiē-
da. Nam rudioribus illa ſcribere me ſum ꝓfeſſus,
& tu nondū opinor lecta tota diatriba, ſic cum hac
parte cōgrederis, quaſi iam ꝓnunciarim. Eadē ini-
quitate diſcutis teſtimonia ſcripturarꝝ a me tracta-
ta, quaſi in ſinglis definierim. Imo teſtificor me ꝓ-
ponere hinc atq; hinc diuerſa teſtimonia diuinæ
ſcripturæ, quæ uident̃ inter ſe pugnare, & illæ ſe-
quelæ quas tu ſic exagitas, non ſunt definiētis, ſed
argumētantis, nō docētis ſed pugnātis, ut ex colli-
ſione teſtimoniorꝝ & interꝑtationū eluceſcat ueri-
tas. Et interim utor iure pugnantiū, iniquū petens
nōnunq̃ ut æquum feram. Etenī q pugnat, frequē-
ter hoc agit, nō ut ꝓnunciet quid ipſe ſentiat, ſed ut
illaqueet ac ꝓſternat aduerſarium. Proinde nō ra-
ro falſis aſſumptōibus utit̃, ſed ab aduerſario con-
ceſſis, & ex his colligit, pluſquā habet ueritas, q̊ ma-
gis aduerſarius intelligat ſe eſſe uictum, iamq; cō-
tra pugnare deſinēs, cupiat doceri. Tum qui docet
longe alijs modis agit, q̄ dum pugnabat. Sed iam
dudū ipſa tp̄is anguſtia cogit me diſputationē hāc
abrumpere. Quod ſupereſt accuratius & per ociū
tractabit̃. Et uide, te quæſo, quantū tp̄is, q̄ntū char-
tarꝝ & operæ nobis iam perijt, in refellendis tuis ca-
uillis, conuicijs & calumnijs. Poteras tua cū laude,
nemine læſo, fortiter tueri dogma tuū, idq; mere-
bat̃ meæ Diatribæ modeſtia, quæ quo magis fri-
get ac ſtertit, ſic enī interꝑtaris meā ciuilitatē, tanto
minus

minus merebatur tam impotentē calami tui ſæuitiā. Nūc dū nihil nō torques ac rapis ad calumniā & cōuicia, perdis bona ex parte & tuū & meū & lectoris ociū, & adeo nō cōcilias tibi fidē, ut dū hic declaras animi tui morbū etiam illa fide careāt apud pluri mos, quę recte uł doces, uł mones, uł inculcas, qua lia fateor eē pmulta in ſcriptis tuis. Nā quæ res in uitabat te ut hoc quoq; calūniareris de q̄ nunq̄ mi hi uenit ī mētē? Ais a me morderi rideriq; canonē Hebræorꝝ. Hoc ē unū calūniæ caput. Alterꝝ eſt qd̕ cū ambiguo ſcōmate uoco cāticū canticorꝝ, cāticū amatoriū. Tertiū, qđ puerbia Salomonis & cāticū cōfero cū duobus libris Eſdræ, Iudith, hiſtoria Suſannæ & Beli draconis. Hic ubi ne ſomniū qdē fuit ullius mali, tu fingis tria magna crimina. Referam ex Diatriba locū quo magis agnoſcas, quā hic præter omnē cauſam criminaris. Sic habet. Non puto quenq̄ exceptu rꝝ hic aduerſus autoritatē huius opis (de libro loqr, q inſcribit̄ Eccłiaſticus) qđ ut indicat Hieronymus, olim apud Hebræos nō habitū ſit in Canone, quum Eccłia Chriſti magno cōſenſu receperit in ſuū canonē. Neq; cām uideo quur Iudæi librū hūc a ſuo canone iudicarint excludendū, quū parabolas Salomonis, & cāticū amatoriū receperit. Etem qđ duos poſteriores libros Eſdrę, hiſtoriā apđ Danielem de Suſanna, ac Belo dracone, Iudith, Heſter, aliaq; nōnulla nō receperūt in canonē, ſed inter hagiographa numerarint, qd illos mouerit, q ſo diuinat q libros eos attētius legerit. Cæ docēdum ope tale nihil obſtrepit lectori. Hactenus, ſi qdem ūba recēſui. An mordeo rideoq; cano ſpūs eſt? Aut

 quæ

qđ negẽ mihi liquere quãobrẽ eccleſiaſticũ exclu
ſerint a canõe? Erat quur illđ opus haberi cuperẽ
in primis dignũ canone, & cũ nihil aliđ dico, ꝙ̃ me
nõ ꝑſpicere cauſam, quare Hebræi nõ receperint
quũ eccl̃ia receperit, certe inter hagiographa. Tu
fortiter pronũcias librũ Heſter, quũ apud Hebræ
os ſit in canone, digniorẽ cæteris oĩbus, q exclude
ret a canone. Vter igit̃ ridet ac mordet canonẽ,
ego nego me uidere cauſam, quur eccl̃iaſticũ non
receperint in ſuũ canonẽ, an tu q iudicas librũ He
ſter minime dignũ canone, ſimul dãnãs & Hebrę
oꝝ & eccl̃iæ canonẽ, cũ Hebræoꝝ canone cõſen-
tiẽte? Tãtũ ad primũ crimẽ. Alteꝝ nihilo uerecũ-
dius. Appello cãticũ Salomonis cãticũ amatoriũ.
Finge nullã hic eẽ cauſam, quur ſic appellarim, ni
ſi q̄a libuit, aut ut latinius dicerẽ, qđ erat ambigui
ſcõmatis, an nõ eſt cãticũ amatoriũ? An amor ſp
in malũ ſonat? Nũc uide cauſã quur ita maluerim
dicere. Quũ em̃ due ꝑiculæ, ad dictionẽ Salomo
nis referrent, uidelicet ꝓuerbia & cãticũ, ſi dixiſ-
ſem cãticũ cãticoꝝ, dure ſibi cohæſiſſent duo ge-
nitiui, Salomonis & canticorum uidereturq; ſentire
Salomonem alia multa ſcripſiſſe cantica. Si ſim-
pliciter dixiſſem cãticũ, poterat aliqs ſuſpicari me
de cãtico ꝗ̊piã loqui q̃lia ſunt ĩ pſalmis, idcirco ex
ꝑis argumẽto addo cognomẽ amatorium. Ego
de hoc cãico nũꝙ̃ peius ſenſi ꝙ̃ de ꝓuerbiis, de q
tillis, certe ſentio. Quę fuit igit̃ occaſio calũniãdi?
nemine læſ[o] hoc telũ mutuatꝰ es ex libris Lei, q ti
hat meæ Di[at], incipiũt placere. Iã tertiũ crimẽ tuũ
get ac ſtertit, ſic e. habes

habet manifeſtā uanitatē. Nō enī cōfero prouer
bia & cāticū cū duobus libris Eſdræ, Suſannæ Be
liq; draconis hiſtoria, ſed cū eccleſiaſtico, q ſimile
tractat argumentū cū prouerbiis, atq; in his quos
reiecerūt aio diligēti lectori aliqd obſtrepere, cur
recepti nō ſint. In eccſiaſtico, nō uidet̃ ſiſe qcq̄ ob
ſtrepere. Q; ſi in eccſiaſtico nihil obſtrepit, multo
minꝰ in prouerbiis aut cātico. In his tā friuolis re
fellēdis nō erā ſumpturꝰ hoc opæ, niſi ut te ab iſta
imodica nihil nō carpēdi libidine, reuocarē. Quę ſi
me tm̄ læderet, iactura ſane tenuis eſſet, aut ſi tibi
uni noceret, tolerabilior eēt, nūc nō ſolum obſtat
cauſæ quā agis, agis aūt ut affirmas negociū eua
gelii reuocādi, qđ hactenus in orbe fuit ſepulcum
uerꝝ etiā exitiū oīm bonarꝝ rerꝝ ſecū adfert iſta ca
lami tui ſeditioſa petulātia. Cōcitatus eſt ppłus ad
uerſus epōs & principes, magiſtratus ægre cohi-
bēt plebeculā nouarꝝ rerꝝ auidā, atrocibus odiis
inter ſe diſſident ciuitates, q̄ prius erāt cōiūctiſſi-
mæ, uix inter hoīes nūc inuenias cui tuto fidas, li
bertas oīs adēpta. Nā principū, p̄ſulū, theologorꝝ
ac monachorꝝ tyrannidē, ſic enī uocare ſoles, non
ſuſtuliſti, ſed irritaſti. Quicqd fit aut dicit̃, rapitur
in ſuſpitionē, & de qbus prius licebat in utrālibet
partē diſputare, nunc ne hiſcere quidem phas eſt
Seruitus quā parabas excutere cōduplicata e[illegible]. Et
gū adgrauatū eſt, catenæ nō excuſſæ, ſed a[illegible], q ſo
Olim nemo faceſſebat negociū, ſi qs dom[illegible] docēdum
ualitudie comediſſꝫ, q̄ coueniebāt, nūc [illegible]ura, ſi qdem
cas habeas edēdi cās, nec deſit pō[illegible] ſpūs eſt? Aut
quæ

tamen Lutheranus dicitur qui ueſcitur. Olim Ro-
manus pontifex facile relaxabat legem ijs, qui ꝑ
imbecillem ætatem & nondum uſu rerum ac iu-
dicio prudētē, facti fuiſſent monachi aut monachę
nūc ad relaxādū difficillimus ē. Frigēt ubiq; diſ-
ciplinæ liberales, una cū linguis ac bonis lr̄is, quas
tu grauas intolerabili inuidia. Reijciunt egregia
ueterꝝ monumēta, & pro his mūdus implet rixo-
ſis ac famoſis libellis, ex ꝗbus morbi uirus ſerpit
ad lectorē. Noui aliq̄t uiros bonos ac doctos, qui
initio nō inuiti legebāt tuas lucubratiões cognoſ-
cēdi iudicādiq; ſtudio, tādē coacti ſunt reijcere ꝗd
faterent ſeſe infici tot ſannis, ſcōmatis, dicterijs, cō-
uicijs, calūnijs parꝝ chr̄ianis, ꝗbus doctrinā tuā cō-
taminas, nō aliter ꝗ̄ ſolēt ij, ꝗ capos aut phaſianos
infarciūt alliis. Et primū iſta titillationē quādā ha-
bēt ac pruritū, uerꝝ ubi ſenſim irrepſerint in aīos,
inficiūt ſynceritatē ac māſuetudinem pectoris. Et
quū uideas ꝗ̄tū malorꝝ in orbē iuexerit iſta tua fe-
rocia, quū toties admonit⁹ ſis etiā ab ijs, ꝗ tibi bñ
uolūt, tñ uſq; proficis in deteri⁹, & eos fruſtra tra-
hēs in ꝑiculū, ꝗ ſe tuæ fidei crediderūt, & illos ab-
alienās, ꝗ̄s poteras ad te pellicere. (Iā em̄ rurſum
fingo tuā doctrinā eē catholicā), deniq; obſiſtēs, ꝗ
op... minus hic mūdi tumult⁹ utcūq; nat⁹, aliqñ nobi-
de h... at aliqd bonæ tranqllitatis. Innūeros abſtra-
ctis illis, cum ſuis ꝑſulib⁹, ꝗ nunc oberrāt uelut oues diſ-
nemine læ... hñtes paſtorē, ꝑſertim quū uideāt tuā cō-
hat meæ Di... diſſidiis cōcuti, & iteſtinis bellis tumul-
tuari... get ac ſtertit, ſic e... ec adhuc uacat tibi tātos libros, cō-
ſcribere, in hoīem cui⁹ aīm pro-

ſus

ſus ignoras, ſi mõ talẽ eẽ iudicas, q̃lẽ facis. Si libe-
ris & aptis cõuiciis debacchatus fuiſſes, ſimplici-
tas laudari poterat, aut tuo genio cõdonari. nũc
arte malicioſa rẽ geris. Si duobus aut tribus cõui
ciis cõtẽtus fuiſſes uideri poterãt excidiſſe, nũc li-
ber totus undeq; ſcatet maledictis. Hinc incipis,
ꝑ hæc ꝑgis, in hæc deſinis. Si temet expleſſes uno
cõuitiorꝫ gñe, ſubinde ſtipitẽ, aſinũ, aut fungũ me
appellans, nihil aliud r̃ndiſſem, q̃ illud e comœdia
Homo ſũ, hũani nihil a me alienũ puto. Hæc nõ
poterãt ſaturare tuũ odiũ, niſi me faceres Lucia-
nũ & Epicurꝫ, adeo nõ credẽtẽ ſcripturis diuinis,
ut ne deũ qdẽ ullũ eẽ arbitrer, hoſtẽ chr̃ianiſmi, de
niq; blaſphemũ i deũ & chr̃ianã religionẽ. Hmõi
leporibus reſpſus eſt tuus liber, oppoſitus meæ di
atribæ, in q̃ nullũ erat cõuiciũ. Iſtã tã ꝑuerſam opi
nionẽ ſi qs ſuſurro leuis ac mẽdax, q̃libus abũdat
tua ſodalitas, ad te detulit, uide q̃ cõueniat tãta le
uitas pſonæ, quã tibi ſumpſiſti. Si ex tuo ipſi⁹ aio
cõcepiſti, qs credet eũ eẽ bonũ uirꝫ, q de hoie inco
gnito tã atrocia ſuſpicet. Sin iſta lædẽdi mei ſtu-
dio cõminiſceris, nulli p̃t obſcurꝫ eẽ, qd de te ſen-
tiẽdũ ſit. Qm̃ aũt meę lucubratiões palã reclamãt
tuis calũnijs, ubiq; ſacrarꝫ lr̃arꝫ maieſtatẽ & Chr̃i
gloriã p̃dicãtes, negas illa mihi ex aio ſcripta. Ex-
pedita ſolutio, ſi qcqd calũniari nõ potes, ioco ſcri
ptũ eſt. ſi qcqd patet calũniæ, ſerio ſcriptũ eſt. Et
hmõi diſtinctiões tibi ualebũt ad criminãdũ, q ſo-
phiſticas diſtinctiões exibilas, reptas ad docẽdum
Quæſo qd eſt iſtud ingeniũ, aut q̃ natura, ſi qdem
natura eſt? Aut qd ſpirituũ genus, ſi ſpũs eſt? Aut

quæ

q̃ tandē euāgelii docēdi tā nō euāgelica ratio? An
renaſcēs euangeliū ſuſtulit oēs leges politicas, ut
iā liceat q̄libet in quēuis & dicere & ſcribere? An
hæc eſt tota libertas, quā nobis reſtituis? Si qs mi
hi detrahat ingeniū, iudiciū, eruditionē, moderate
ferā, ſi qs ipingat iperitiā ſcripturaꝝ aut incogitā
tiā, humanū crimē agnoſcā, uerꝫ ſi qs mihi impin
gat neglectū dei, aut cōtēptū ſcripturaꝝ, is aut id
facit ex delatoris cuiuſpiā orone ꝑſuaſus, & leuiſ
ſimus ē, aut intolerabilis eſt ſycophanta ſi ex ſeſe
cōfingit. Hic qd tibi loquat̃ tua cōſciētia tute ui
deris. Ego iudice deo, cuius irā nō dep̄cabor, ſi qd
hic ſciēs fefellero, uolo hoc oibus chr̄ianis, hære
ticis, & ſemichr̄ianis eē teſtatū, me ſcripturis diui
nis nō minus habere fidei q̃ꝫ ſi Chr̄m ipm ſua uo
ce mihi loquētē audirē, minuſq́ꝫ dubitare de his q̃
ibi lego, q̃ de his q̃ aurib⁹ audio, oculis uideo, ma
nibus cōtrecto. Et quēadmodū certiſſime credo
ꝑ euangeliū exhibita q̃ legis figuris & prophetaꝝ
uaticiniis, ꝑ ſpm̄ ſanctū fuerant p̄dicta, ita pari cer
titudine credo, ſecūdi aduētus promiſſionē, ac di
uerſa maloꝝ bonorꝫq́ꝫ p̄mia. Et hac fiducia fretus
labores, iniurias, morbos, ſenectutis moleſtias alia
aq́ꝫ huius uitæ incōmoda patiēter fero ſperans ꝑ
Chr̄i miſericordiā, maloꝝ oīm finē, & cū ipſo ui
tā æternā. Tantū aūt abeſt ut ſciēs oppugnē euan
geliū, ut malim decies occidi, q̃ cōtra animi ſentē
tiā oppugnare unū iota ueritatis euangelicę. Nec
hic anim⁹ mihi nuꝑ natus eſt, nūq̃ alius fuit a pue
ro, & hodie firmior eſt gr̄a deo q̃ unq̃ fuit. In ſalu
tis negocio nō aliūde flagito p̄ſidium q̃ a miſe͂dia
dn̄i,

dñi, necq̃ ſcd̃m deũ, ulla in re plus habeo uel ſpei,
uel ſolatii, q̃ in ſacris lr̃is. Et queadmodũ in lucu-
brationibus meis nõ nego potuiſſe fieri, ut alicu-
bi ſcripturæ germanum ſenſum nõ attigerim, ita
ſanctiſſime deierare poſſim, me ſciẽtẽ nec in grãm
hoīs, nec ob metũ hoīs usq̃ docuiſſe ſecus q̄ ſenti
rẽ ſaltẽ opinione probabili. Qui mecũ domeſticã
habuerũt cõſuetudinẽ, ſi nõ ſanctimonię, quã de-
ſidero potius q̃ habeo, certe huius animi poſſunt
eẽ teſtes, q nũq̃ effutiuit uerbum uel ioco uel ſerio
qđ ſaperet Lucianũ, Epicurꝫ aut porphiriũ. Inep-
tũ erat hæc teſtificari ſcripto, niſi Lutherus euan-
gelij uindex, accurato libro talibus facetijs uoluiſ
ſet in Eraſmũ amicũ ludere. Nũc ſi qs mallet ha-
bere fidẽ illius ĩpudẽtiſſimæ criminatiõi, q me nõ
nouit, q̃ meæ teſtificatiõi, ſuo ꝑiculo faciet, me
liberabit hæc animi mei declaratio. Precor aũt ue
in animis oĩm regnet Euãgeliũ Chr̃i cedatq; huic
oĩs intellectus ac poteſtas hũana, tm̃ abeſt ut ipſe
belligerari uelim cũ cœleſti doctina. Simul & tibi
ꝓcor Luthere, ut dñs innouet in te ſpm̃ bonũ, q̃ q̃-
tũ hactenus potuiſti ad turbãdã orbis chr̃iani cõ
cordiã, tantũdẽ ualeas ad trãquillandã eccleſiam
dei, ut idẽ ſentiẽtes, uno ore p̄dicemus, illũ, cuius
doctrinã nũc diſpari ore aſſerimus. Hic igit̃ prio-
ris ac tumultuarii uoluminis finis eſto. Alterꝫ bre
ui dabitur, ſed accuratius, ſi modo Chriſtus adeſ-
ſe dignabitur.

FINIS.

¶Coloniæ in officina honeſti ciuis Petri
Quentel, Anno M. D. XXVI.